18. 1. Die Chauken wohnten an der Nordsee, von der Ems bis zur Elbe. | 2. Der Tod des Sanquinius, welcher Stadtpräfekt und zweimal Konsul gewesen war, wird in der voraufgehenden Lücke der Handschrift erwähnt worden sein. Er starb als Proprätor am Unterrhein; Domitius Corbulo ist sein Nachfolger, von Nero 67 zum Selbstmord gezwungen. | 3. *incursare* mit dem Acc. wie 13, 37, *avia Armeniae*, Agr. 36 *obvios* u. a. nach dem Vorgange des Liv. 2, 48, 6; 6, 36, 1. | Die Canninefaten wohnten auf der grofsen Rheininsel. Plin. n. h. 4 § 101 *in Rheno ipso, prope CM pass. in longitudinem, nobilissima Batavorum insula et Canninefatium.* | 5. *dites.* Derselbe Gedanke 3, 46 *quanta pecunia dites et voluptatibus somnulentos* (so ist zu schreiben), *tanto magis inbelles Aeduos evincite.* | 8. *ceteras navium* = *ceteras naves.* Über diesen Gen. (nach falscher Analogie) s. zu 3, 39, 2. | *habiles,* natürlich Fahrzeuge mit geringerem Tiefgange. | 9. *fossae* 'Kanäle'. | *adigere* von Schiffen, wie 2, 7 *dum adiguntur naves,* hist. 2, 83 *classem e Ponto Byzantium adigi iusserat,* und öfter. | 11. *ignavus* mit dem Genetiv *relationis* nach Analogie von *segnis, acer, impiger, strenuus, properus.* | 13. *stationes* 'stärkere Wachen', *vigiliae* 'schwächere Wachen'. | 14. *non accinctus.* Auch bei der Schanzarbeit mufsten sie, wie sonst, das Schwert an der linken Seite, den Dolch an der rechten tragen.

19 Ceterum is terror milites hostesque in diversum adfecit: nos virtutem auximus, barbari ferociam infregere. et natio Frisiorum, post rebellionem clade L. Apronii coeptam infensa aut male fida, datis obsidibus consedit apud agros a Corbulone discriptos: idem senatum, magistratus, leges inposuit. ac ne iussa exuerent, praesidium immunivit, missis qui maiores Chaucos ad deditionem pellicerent, simul Gannascum dolo adgrederentur. nec inritae aut degeneres insidiae fuere adversus transfugam et violatorem fidei. sed caede eius motae Chaucorum mentes, et Corbulo semina rebellionis praebebat, ut laeta apud plerosque, ita apud quosdam sinistra fama. cur hostem conciret? adversa in rem publicam casura: sin prospere egisset, formidolosum paci virum insignem et ignavo principi praegravem. igitur Claudius adeo novam in Germanias vim prohibuit, ut referri praesidia cis Rhenum iuberet.

20 Iam castra in hostili solo molienti Corbuloni eae litterae redduntur. ille re subita, quamquam multa simul offunderentur, metus ex imperatore, contemptio ex barbaris, ludibrium apud socios, nihil aliud prolocutus quam 'beatos quondam duces Romanos', signum receptui dedit. ut tamen miles otium exueret, inter Mosam Rhenumque trium et viginti milium spatio fossam

19. 1. *is terror,* nämlich der Schrecken über des Gannascus Sache, über seinen Einfall und seine Vertreibung. | 4. *male fida, male* 'nur schwach', 'nicht recht' *(non satis)* mindert den Begriff herab fast bis zur Negation (wie *bene* häufig einfach steigert), vgl. 14, 13 *male coercitas (libidines),* hist. 1, 52, *male fidas provincias* 2, 92, *male dissimulata pravitas.* Bekannt ist Hor. carm. 1, 9, 24 *digito male pertinaci,* vgl. ferner ep. 1, 19, 3 *male sanos,* 1, 20, 15 *male parentem*, Verg. Aen. 2, 23 *statio male fida,* Ov. met. 3, 730 *frondes male haerentes* (Hor. sat. 1, 3, 31 *male . . . calceus haeret*). | *apud agros — discriptos* 'in den angewiesenen Gauen'; *discriptos* (nicht *descriptos*), weil der Begriff des Ver- und Auseinanderteilens vorschwebt, wie Germ. 25 *ceteris servis non in nostrum morem, discriptis per familiam ministeriis, utuntur.* | 6. *immunivit* 'legte er bei ihnen an'. Ähnliche Wort- bezw. Neubildung z. B. *in praetorio incenante eo* bei Suet. Tib. 39. | *maiores,* zwischen Weser und Elbe. Gegen Westen wohnten die *minores Chauci.* | 8. *degeneres* eigentlich 'unrömisch', daher 'unedel'. Gegen den eidbrüchigen Landesfeind hält Tacitus den Mord für erlaubt. | 9. *violator*, s. Einl. § 4. | 12. *cur hostem conciret?* Der Konj. statt des regelrechten Acc. c. Inf. wie hist. 4, 4 *si privatus esset, cur publice loqueretur?* Vgl. zu 13, 42, 17 *qua sapientia, quibus philosophorum praeceptis . . . ter miliens sestertium paravisset?* | 14. *virum insignem et . . . praegravem* ist Subjekt. *praegravis* von Personen, 'höchst unbequem, überlästig', wie 4, 71; 14, 3 u. a. | Der Plural *Germanias* bezeichnet die verschiedenen Stämme der Deutschen jenseits des Rheines.

20. 3. *metus* und *metuere ex aliquo* statt *ab*, bei Tacitus öfter, zuerst bei Sall. Catil. 52, 16 *si periculum ex illis metuit.* | Statt *contemptio* hat Tac. früher nur *contemptus.* | 4. *beatos — Romanos* 'die glücklichen Heerführer Roms von ehedem!' Der Ausruf ist als Objekt von *prolocutus* abhängig gemacht, wie das ganz gewöhnlich ist, vgl. z. B. Caes. B. G. 5, 37, 3 *victoriam conclamant,* Liv. 21, 62, 2 *triumphum clamasse,* Ov. met. 1, 559 *cum laeta triumphum vox canet* u. a. | 6. *fossam.*

perduxit, qua incerta Oceani vitarentur. insigne tamen triumphi indulsit Caesar, quamvis bellum negavisset.

Nec multo post Curtius Rufus eundem honorem adipiscitur, qui in agro Mattiaco recluserat specus quaerendis venis argenti. unde tenuis fructus nec in longum fuit: at legionibus cum damno labor, effodere rivos, quaeque in aperto gravia, humum infra moliri. quis subactus miles, et quia plures per provincias similia tolerabantur, componit occultas litteras nomine exercituum, precantium imperatorem ut, quibus permissurus esset exercitus, triumphalia ante tribueret.

De origine Curtii Rufi, quem gladiatore genitum quidam 21
prodidere, neque falsa prompserim et vera exsequi pudet. postquam adolevit, sectator quaestoris, cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumeto vacuis per medium diei porticibus secretus agitat, oblata ei species muliebris ultra modum humanum et audita est vox 'tu es, Rufe, qui in hanc provinciam pro consule venies.' tali omine in spem sublatus degressusque in urbem largitione amicorum, simul acri ingenio quaesturam et mox nobiles inter candidatos praeturam principis suffragio adsequitur, cum hisce verbis Tiberius dedecus natalium eius velavisset: 'Curtius Rufus videtur mihi ex se natus.' longa post

---

Die Länge des Kanals giebt Dio 60, 30 ähnlich auf 170 Stadien an und fügt hinzu, der Zweck der Anlage sei gewesen, die Einwirkung der Flut abzulenken. Der von Tacitus angegebene Grund ist unrichtig, denn die Maas ist durch die Waal mit dem Rhein verbunden; ein Kanal konnte den Weg nur abkürzen. | 7. *insigne* statt *insignia,* wie 4, 23 u. 12, 3 *insigne triumphalium.* | *tamen.* Die Gleichförmigkeit in dem Anfange zweier auf einander folgender Sätze ist bei Cicero und Livius häufiger, als bei Tacitus. Vgl. zu 13, 39. | 8. *quamvis,* s. zu 1, 68, 17. | 9. Dafs dieser Curtius, Proprätor am Oberrhein, der Historiker sei, ist ohne Grund vermutet worden. | 10. Die Mattiaker wohnten am Taunus-Gebirge im jetzigen Nassau. Über den Dativus des Gerundivums s. Einl. § 109. | *in longum,* von der Zeit, wie 1, 69 *odia in longum iaciens,* 3, 27 *haud in longum,* und öfter, ist unklassisch. Vgl. zu 4, 23 *longo bello.* | 12. *rivos* Stollen zur Abführung des Grubenwassers. | 13. *infra.* Über die Anastrophe s. Einl. § 116, a. | *et quia,* eine seltene Form der Parataxe, wie 3, 63 *ut perspecto iure et si qua iniquitas involveretur.* 15, 12 *ille interritus et parte copiarum apud Suriam relicta.* S. Einl. § 120, b. | 15. *precantium* ctt. Suet. Claud. 24 erzählt, die Bittschrift sei im Namen der gesamten Armee abgefafst, weil Claudius die *ornamenta triumphalia* zu leichtfertig und zu vielen verliehen habe.

21. 1. Über Curtius Rufus berichtet etwas abweichend Plin. ep. 7, 27. | 2. *exsequi,* s. zu 3, 65, 1. | *pudet* 'ich nehme Anstand'. | 4. *in oppido A. vacuis — porticibus = in oppidi A. v. p., καθ' ὅλον καὶ μέρος,* s. z. 2, 30, 6. | Adrumetum lag an der Küste südlich von Karthago. | 7. *degredi* 'abgehen', wie 2, 69; 4, 73. | 9. *principis suffragio.* Der Kaiser übt das Vorschlagsrecht bei der Wahl der Beamten, die seit 14 n. Chr. vom Senat vollzogen wird. | 10. *natales* statt *genus, origo,* auch Agr. 6, hist. 1, 49; 2, 76. 86; 4, 15; Plin. ep. 8, 18, 8 *mulier natalibus clara.* | 11. *ex se natus,* nach Cic. Phil. 6,

haec senecta et adversus superiores tristi adulatione, adrogans minoribus, inter pares difficilis, consulare imperium, triumphi insignia ac postremo Africam obtinuit; atque ibi defunctus fatale praesagium implevit.

22 Interea Romae, nullis palam neque cognitis mox causis, Cn. Nonius eques Romanus ferro accinctus reperitur in coetu salutantum principem. nam postquam tormentis dilaniabatur, de se non *infitiatus* conscios non edidit, incertum an occultans.

Isdem consulibus P. Dolabella censuit spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum, qui quaesturam adipiscerentur. apud maiores virtutis id praemium fuerat, cunctisque civium, si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus; ac ne aetas quidem distinguebatur, quin prima iuventa consulatum et dictaturas inirent. sed quaestores regibus etiam tum imperantibus instituti sunt, quod lex curiata ostendit ab L. Bruto repetita. mansitque consulibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret. creati-

---

6, 17 *a se ortum.* | 12. *et* nach dem Abl. temp. überflüssig, s. zu 1, 55, 3. | *tristi* d. h. niedrig, widrig, schmutzig wie 15, 59 *foedis adversus Neronem adulationibus.* | *adulatione* 'durch —', gehört zu *obtinuit; adrogans — difficilis* Parataxe statt Hypotaxe 'während er —'. | 13. Der Dativ *minoribus* korrespondiert mit der Präposition *adversus* wie hist. 1, 35 *minantibus intrepidus, adversus blandientes incorruptus.* Vgl. Einl. § 60 und über den Dativ § 33. | 15. *implevit.* Nach dem jüngeren Plinius hatte ihm die Erscheinung auch seinen Tod vorhergesagt.

22. 1. *palam* prädikativ vgl. 16, 5 *multis palam et pluribus occultis,* hist. 3, 26 *nullo iuxta subsidio* und s. zu 6, 42, 18. | 3. *salutantum* s. 4, 12, 2. | *nam* erklärt *nullis palam neque cognitis mox causis.* | 5. Cornelius Dolabella war 10 n. Chr. Konsul, 14 n. Chr. Proprätor von Dalmatien und 23 und 24 n. Chr. Prokonsul von Afrika gewesen. Vgl. 3, 47. | 7. *adipiscerentur* d. h. die designiert waren. Dafs dieser Antrag auch angenommen ward, geht aus dem Schlufs der Kapitels hervor. Unter Nero wird im J. 54 das Gesetz zurückgenommen. | *id* sc. *adipisci quaesturam,* s. zu 6, 8, 2. | 8. *cuncti* c. gen. wie 14, 60 *cuncta scelerum,* Ovid. met. 4, 630 *hominum cunctos,* Plin. h. n. 3, 1, 7 *cunctas provinciarum,* Liv. 10, 31, 5 *Samnitium omnes,* s. Kap. 18, 8. | 9. *ne aetas quidem* ctt. Erst durch die *lex Villia* ward im J. 180 v. Chr. bestimmt, dafs zur Bekleidung eines Amtes entweder 10 militärische Dienstjahre oder das 30. Lebensjahr erforderlich sei. | *quin* im Sinne von *sed.* S. Einl. § 99. | 11. *lex curiata.* Durch einen Beschlufs der Curien ward die *potestas* der Könige und später der Beamten, welche ein *imperium* hatten, jedesmal nach ihrem Amtsantritt legalisiert. Aus dem Inhalte solcher *lex curiata* war also zu ersehen, dafs die Könige und später die Konsuln die Quästoren ernannten. Letztere sind als *quaestores parricidii* in alter Zeit nur Diener oder Beauftragte der Könige, dann der Konsuln. Durch ein Gesetz des Valerius Publicola werden sie um 509 v. Chr. auch Finanzbeamte und überwachen als solche das Ärar mit Ausschlufs des *aerarium sanctius.* Erst im J. 447 lassen die Konsuln sie von den Tribuscomitien erwählen. Von da ab verwalten sie eine wirkliche Magistratur und haben *auspicia minora.* Seit 421 wurden statt zwei ihrer vier gewählt; die zwei neuen hatten die Konsuln zur Armee zu begleiten, was Tac. mit den Worten *ut rem mil. comitarentur* fälschlich um 26 Jahre zu früh setzt. Vgl. Lange,

que primum Valerius Potitus et Aemilius Mamercus sexagesimo tertio anno post Tarquinios exactos, ut rem militarem comitarentur. dein gliscentibus negotiis duo additi, qui Romae curarent: mox duplicatus numerus, stipendiaria iam Italia et accedentibus provinciarum vectigalibus. post lege Sullae viginti creati supplendo senatui, cui iudicia tradiderat. et quamquam equites iudicia reciperavissent, quaestura tamen ex dignitate candidatorum aut facilitate tribuentium gratuito concedebatur, donec sententia Dolabellae velut venundaretur.

A. Vitellio L. Vipstano consulibus cum de supplendo senatu 23
agitaretur primoresque Galliae, quae comata appellatur, foedera et civitatem Romanam pridem adsecuti, ius adipiscendorum in urbe honorum expeterent, multus ea super re variusque rumor. et studiis diversis apud principem certabatur adseverantium non adeo aegram Italiam, ut senatum suppeditare urbi suae nequiret. suffecisse olim indigenas consanguineis populis, nec paenitere veteris rei publicae. quin adhuc memorari exempla, quae priscis moribus ad virtutem et gloriam Romana indoles prodiderit. an parum quod Veneti et Insubres curiam inruperint, nisi coetu

---

Altert. I, 278. | 17. *duplicatus,* also auf acht, im J. 267. Der Grund lag darin, daſs oft mehr als zwei Heere im Felde standen und die Erweiterung der Finanzgeschäfte die Stationierung einiger Quästoren in Italien wünschenswert machte. | 18. *lege Sullae,* im J. 81. Um die Verwaltung der Provinzen besser zu regeln, vermehrte Sulla die Zahl der Quästoren. Sechszehn würden genügt haben. Aber zur regelmäſsigen Ergänzung des Senates, den er auf 600 vermehrte und in den man durch die Quästur gelangte, lieſs er zwanzig wählen. | 19. *cui iudicia* ctt. Ursprünglich wurden die Richter in Kriminalprozessen aus dem Senat genommen, seit 123 aus den Rittern. Seit der *lex iudiciaria* des Sulla (81) nahm man wieder Senatoren dazu, seit der *lex Aurelia* vom J. 70 Senatoren, Ritter und Ärartribunen. | 21. *tribuentium* i. e. *populi.*

23. 1. Dieser Vitellius, Sohn des Lucius, ist der spätere Kaiser, in den Annalen nur noch 14, 49 erwähnt (*adulatione promptissimus — optimum quemque iurgio lacessens*). L. Vipstanus kommt sonst nicht vor. | 2. *comata* hieſs das transalpinische Gallien mit Ausnahme der südöstlichen Provinz (*Narbonensis*) im Gegensatze von *togata* oder *cisalpina.* | *foedera* bezieht sich auf die Staaten, *civitatem* auf die einzelnen Personen, die aber in den Provinzen weder stimmberechtigt noch wählbar waren. | 7. *suffecisse* ctt. Der Sinn ist, daſs früher, nämlich vor dem Bundesgenossenkriege, die italischen Völker mit gebornen Römern als Senatsmitglieder zufrieden gewesen wären, ohne selbst diese Ehre zu beanspruchen. | *nec paenitere* 'man sei wohlzufrieden, man brauche sich nicht zu schämen', Cic. ad Att. 12, 28, 2 *non paenitet me, quantum profecerim* und ebenso de off. 1, 1, 2. | 9. *exempla — prodiderit* 'Beispiele (Vorbilder), die römisches Wesen in alter Zucht und Sitte für Tugend und Ruhmesbegierde gegeben habe'. | *ad virtutem et gloriam* sc. *inflammandam* (s. zu 12, 56, 7), fast = *virtutis et gloriae; gloria* subjektiv, s. zu 1, 8, 6. | 10. *an parum* 'ob es denn nicht genüge', vgl. dial. 36 *cum parum esset in senatu breviter censere, nisi quis ingenio et eloquentia sententiam suam tueretur,* Cic. pro Rosc. Am. § 49 *ut parum miseriae sit, quod aliis coluit, non sibi, nisi etiam, quod omnino coluit, crimini fuerit,*

alienigenarum velut captivitas inferatur? quem ultra honorem residuis nobilium, aut si quis pauper e Latio senator foret? oppleturos omnia divites illos, quorum avi proavique hostilium nationum duces exercitus nostros ferro vique ceciderint, divum Iulium apud Alesiam obsederint. recentia haec: quid si memoria eorum oreretur, qui Capitolio et arce Romana manubias deorum *deripere conati sint?* fruerentur sane vocabulo civitatis: insignia patrum, decora magistratuum ne vulgarent.

24 His atque talibus haud permotus princeps et statim contra disseruit et vocato senatu ita exorsus est: ʻmaiores mei, quorum antiquissimus Clausus origine Sabina simul in civitatem Romanam et in familias patriciorum adscitus est, hortantur uti paribus consiliis in re publica capessenda, transferendo huc, quod usquam egregium fuerit. neque enim ignoro Iulios Alba, Coruncanios Camerio, Porcios Tusculo, et ne vetera scrutemur, Etruria Lucaniaque et omni Italia in senatum ascitos, postremo ipsam ad Alpes promotam, ut non modo singuli viritim, sed

---

in Verr. 5 § 157 *parumne multa mercatoribus sunt necessario pericula subeunda fortunae, nisi etiam hae formidines ab nostris magistratibus atque in nostris provinciis impendebunt?* | Die Veneter wohnten um Patavium, die Insubrer bei Mailand. Beiden Völkern samt dem ganzen transpadanischen Gallien hatte Caesar im J. 49 das volle Bürgerrecht verliehen, sodafs sie also wählbar waren und in den Senat gelangen konnten. Die Cispadaner waren schon seit dem marsischen Kriege Vollbürger. | *nisi coetu* ctt. Der Sinn ist: durch die Eindringlinge, die in Masse kommen (*oppleturos omnia*) und die Majorität erlangen werden, verlieren die alten römischen Mitglieder dermafsen an Einflufs, dafs sie sich bei Abstimmungen von vorn herein ʻgefangen gebenʼ müssen. | 13. *divites.* In den gallischen Städten gab es sehr reiche Geschäftsleute. | 15. Bei Alesia im Gebiete der Mandubier hatte Caesar im J. 52 einen harten Stand gegen Vercingetorix, der sich endlich ergab. | 16. *eorum,* nämlich Romanorum. Die folgenden Worte beziehen sich auf die Invasion der Gallier im J. 390.

24. 1. Ein Teil der Rede des Claudius ist noch auf zwei Bronzetafeln vorhanden, 1524 in Lyon gefunden und dort aufbewahrt. Beide Texte stimmen nur dem Inhalte nach, nicht im Wortlaut überein. Übrigens macht Tac. mit den Worten ʻ*princeps et statim contra disseruit*ʼ den Kaiser zum Vertreter der Gegenpartei, die nach der Wendung des vorigen Kap. *et studiis diversis apud principem certabatur adseverantium* u. s. w. hätte zu Worte kommen sollen. | 3 Über Attus Clausus s. zu 4, 9. | 4. *hortantur* c. Inf.. s. zu Kap. 1, 5. | 6. Auch nach Dionys. Hal. 3, 29 sind die Julier aus Alba Longa unter Tullus Hostilius recipiert. Dagegen erwähnt Livius 1, 16, 5 einen Proculus Julius schon unter Romulus. | 7. Camerium, bei Livius Cameria, soll in Latium nördlich von Tibur gelegen haben. | Tusculum lag südöstlich von Rom am Algidus; nach Cicero pro Planc. § 20 stammten auch die Coruncanier dorther. | 8. *Etruria* ctt. Über den Ablativ der Ländernamen s. Einl. § 34. | Das Subjekt zu *ascitos* liegt im Vorigen, wie Kap. 14 *additae sunt.* Vgl. 12, 11 *quamquam is quoque miserat.* Wie wir an diesen Stellen ʻwelcheʼ hinzufügen, so anderswo ʻmanʼ, z. B. hist. 1, 26 *adeoque parata ... dissimulatio fuit, ut ... Othonem rapturi fuerint,* 4, 14 *compositae seditionis auctores perpulere, ut dilectum abnuerent.* | Über die Erteilung des Bürgerrechtes an die Transpadaner

terrae, gentes in nomen nostrum coalescerent. tunc solida domi quies et adversus externa floruimus, cum Transpadani in civitatem recepti, cum specie deductarum per orbem terrae legionum additis provincialium validissimis fesso imperio subventum est. num paenitet Balbos ex Hispania nec minus insignes viros e Gallia Narbonensi transivisse? manent posteri eorum nec amore in hanc patriam nobis concedunt. quid aliud exitio Lacedaemoniis et Atheniensibus fuit, quamquam armis pollerent, nisi quod victos pro alienigenis arcebant? at conditor nostri Romulus tantum sapientia valuit, ut plerosque populos eodem die hostes, dein cives habuerit. advenae in nos regnaverunt: libertinorum filiis magistratus mandare non, ut plerique falluntur, repens, sed priori populo factitatum est. at cum Senonibus pugnavimus: scilicet Vulsci et Aequi numquam adversam nobis aciem instruxere. capti a Gallis sumus: sed et Tuscis obsides dedimus et Samnitium iugum subiimus. ac tamen, si cuncta bella recenseas, nullum breviore spatio quam adversus Gallos confectum: continua inde ac fida pax. iam moribus artibus adfinitatibus nostris mixti aurum et opes suas inferant potius quam separati habeant. omnia, patres conscripti, quae nunc vetustissima creduntur, nova fuere: plebeii magistratus post patricios, Latini post plebeios, ceterarum Italiae

s. zu Kap. 23. | 10. Über das Asyndeton *terrae gentes* vgl. Einl. § 71, 2. | *solida — quies* ist historisch unrichtig, denn vom Jahr 49, wo die Transpadaner Bürger wurden, bis 30 fand das Gegenteil statt. | 11. *externa* 'die auswärtigen Dinge, das Ausland' wie 16, 23. | 12. *deductarum* ctt. Um seine Veteranen zu belohnen und abzufinden, gründete Augustus Militärkolonieen, in welche auch Bewohner der Provinzen als Bürger recipiert wurden. | 14. Die Cornelii Balbi stammten aus Gades. Zu ihnen gehört derjenige, den Cicero verteidigte und der 72 das Bürgerrecht erlangt hatte. Die Familie war mit Caesar und Augustus sehr befreundet. | 15. *transivisse,* so nur hier. | 19. *plerosque* statt *permultos.* | 21. *regnare in aliquem* findet sich auch Lact. epit. 13, 14 nach Analogie von *dominari,* welches bereits Ovid und Livius so konstruieren. | *libertinorum filiis.* Dafs Söhne von Freigelassenen höhere Ämter bekleiden, findet sich erst seit Caesar. Denn obgleich nach Liv. 9, 46 schon im J. 304 ein solcher curulischer Ädil war, geht doch aus anderen Stellen hervor, dafs auch die Enkel der Libertinen in der älteren Zeit keine Staatsämter erhielten. Selbst in den Ritterstand ward seit 21 n. Chr. nur der aufgenommen, der *ingenuus ipse, patre, avo paterno* war (Plin. n. h. 33, § 32). | 22. *repens* 'neu, frisch', wie 6, 7; 15, 68, nur in dieser Kasusform, Taciteisch. | *factitatum* 'herkömmlich, üblich'. | 23. *scilicet* giebt eine ironische Widerlegung des Einwurfes mit *at.* Vgl. z. B. Cic. Phil. 2 § 21 *at ego suasi. Scilicet is animus erat Miloni, ut prodesse rei publicae sine suasore non posset.* | 25. *Tuscis,* nämlich dem Porsenna. | *Samnitium iugum,* im caudinischen Engpafs, 321. | 27. *adversus Gallos,* durch Caesar von 59 bis 50. Aber manche Kriege gegen das Ausland wurden doch schneller beendigt. | *pax,* aber unterbrochen durch den Aufstand des Florus und Sacrovir, 21 n. Chr. | 31. *Latini.* Seit 339 erhielten die meisten Städte Latiums das römische Bürgerrecht, doch ohne Stimmrecht. Vollbürger werden auch sie erst durch die *lex Iulia* im J. 90, wie die übrigen *socii* in Italien.

gentium post Latinos. inveterascet hoc quoque, et quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit.'

25 Orationem principis secuto patrum consulto primi Aedui senatorum in urbe ius adepti sunt. datum id foederi antiquo, et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano usurpant.

Isdem diebus in numerum patriciorum adscivit Caesar vetustissimum quemque e senatu aut quibus clari parentes fuerant, paucis iam reliquis familiarum, quas Romulus maiorum et L. Brutus minorum gentium appellaverant, exhaustis etiam, quas dictator Caesar lege Cassia et princeps Augustus lege Saenia sublegere; laetaque haec in rem publicam munia multo gaudio censoris inibantur. famosos probris quonam modo senatu depelleret, anxius, mitem et recens repertam quam ex severitate prisca rationem adhibuit, monendo, secum quisque de se consultaret peteretque ius exuendi ordinis: facilem eius rei veniam. et motos senatu excusatosque simul propositurum, ut iudicium censorum ac pudor sponte cedentium permixta ignominiam mollirent. ob ea Vipstanus consul rettulit patrem senatus appellandum esse Claudium: quippe promiscum patris patriae cognomentum; nova in rem publicam merita non usitatis vocabulis honoranda. sed ipse cohibuit consulem ut nimium adsentantem. condiditque lustrum, quo censa sunt civium quinquagiens noviens centena octoginta quattuor milia septuaginta duo. isque illi

---

25. 1. *secuto* mit Objekt nur hier und 6, 17 *copiam vendendi secuta vilitate,* s. zu 12, 32, 3. | 2. Für *senatorum* (*ius*) wünscht Hirschfeld *honorum,* den Grund statt der Folge. | 3. *fraternitatis.* So schon im J. 121, nach Liv. epit. 61, wo sie *socii* heißen. Cic. fam. 7, 10, 4 nennt sie *fratres nostri,* Caes. b. g. 1, 33, 2 *Aeduos fratres consanguineosque saepenumero a senatu appellatos.* | 5. *vetustissimum* geht auf die Amtsdauer. | 8. Die *minores gentes* sind nicht durch Brutus, sondern auf Veranstaltung des Tarquinius Priscus von den drei alten Tribus der Ramnes, Tities und Luceres unter die Patrizier kooptiert worden. Dagegen hat Brutus oder vielmehr Valerius Publicola plebejische Ritter in den Senat aufgenommen, die sogen. *conscripti*, die aber nicht Patricier wurden. Nur Dionys von Halikarnaſs (5, 13) stimmt mit Tacitus überein, indem er sagt: *ἐκ τῶν δημοτικῶν τοὺς κρατίστους ἐπιλέξαντες πατρικίους ἐποίησαν καὶ συνεπλήρωσαν ἐξ αὐτῶν τῆς βουλῆς τοὺς τριακοσίους.* | 9. Die *lex Cassia* gab Caesar im J. 45. Vgl. Cassius Dio 43, 47 *πολλοὺς δὲ καὶ ἐς τοὺς εὐπατρίδας, τούς τε ὑπατευκότας ἢ καὶ ἀρχήν τινα ἄρξαντας, ἐγκατέλεξεν.* Im Jahre 29 erlieſs Augustus die *lex Saenia.* | 12. *recens repertam,* nämlich von Augustus, der 190 Senatoren veranlaſste, freiwillig auszutreten. | Nach Wölfflins Beobachtung setzt Tacitus *recens* adverbial für *paulo post* oder *modo* nur zum Part. Perf. oder seit den Annalen zu einem Adjektiv mit Participialbedeutung: 2, 21; 4, 5. 69; 12, 18. 27. 63 u. a. Ebenso schon bei Plaut., Sall., Verg., Liv., nicht bei Cic. und Caes. | Vor *quam* fehlt *potius* wie 3, 17, 16. | 18. *promiscum* d. h. diesen Titel (*cognomentum,* s. 1, 31, 22) führten auch andere. | 21. *lustrum condere* bezeichnet den feierlichen Schluſsakt der Census, eine von Opfern und Gebeten begleitete Entsühnung des neu konstituierten Volkes. Seit der Volkszählung im J. 14 n. Chr. unter

finis inscitiae erga domum suam fuit: haud multo post flagitia uxoris noscere ac punire adactus *est*, ut deinde ardesceret in nuptias incestas.

26 Iam Messalina facilitate adulteriorum in fastidium versa ad incognitas libidines profluebat, cum abrumpi dissimulationem etiam Silius, sive fatali vaecordia an imminentium periculorum remedium ipsa pericula ratus, urgebat: quippe non eo ventum, ut senectam principis opperirentur. insontibus innoxia consilia, flagitiis manifestis subsidium ab audacia petendum. adesse conscios paria metuentes. se caelibem, orbum, nuptiis et adoptando Britannico paratum. mansuram eandem Messalinae potentiam, addita securitate, si praevenirent Claudium, ut insidiis incautum, ita irae properum. segniter eae voces acceptae, non amore in maritum, sed ne Silius summa adeptus sperneret adulteram scelusque inter ancipitia probatum veris mox pretiis aestimaret. nomen tamen matrimonii concupivit ob magnitudinem infamiae, cuius apud *pudoris* prodigos novissima voluptas est. nec ultra exspectato, quam dum sacrificii gratia Claudius Ostiam proficisceretur, cuncta nuptiarum sollemnia celebrat.

Augustus war die Zahl der Bürger um 1,047,072 gestiegen. | 23. *erga* 'rücksichtlich', wie 4, 11 *atrociore semper fama erga dominantium exitus,* Kap. 20 *ea prima Tiberio erga pecuniam alienam diligentia fuit*, vgl. Plaut. Asin. 20, Cic. de or. 2 § 201. | 24. *adigere* c. inf., s. zu 4, 29, 9. | 25. *nuptias incestas,* nämlich mit seiner Nichte Agrippina, der Tochter des Germanicus. Es war Incest wegen zu naher Verwandtschaft.

26. 2. *profluere* für *prolabi.* | *abrumpi*, s. Einl. § 80. | 3. *sive — an* statt *sive — sive* ist ἄπ. εἰρ. Anders ist *an* zu fassen nach zweimaligem *sive* 14, 59. | 4. *non eo ventum ut* ctt. 'man sei nicht so weit gekommen, um nun (nicht weiter zu gehen, sondern) das Ende des Claudius abzuwarten.' Zur prägnanten Bedeutung von *senectam opperiri,* vgl. 16, 9 *senectus eius exspectabatur. Silius* stellt also an die Spitze der Vorstellungen, die er der *Messalina* macht, die Erklärung, daſs er nicht warten wolle. Das zweite sodann ist, daſs sie nicht warten dürften ihrer persönlichen Sicherheit wegen. (Joh. Müller: Beiträge zur Kritik und Erklärung des Tac. 4 H. S. 2—3.) | 6. *flagitiis manifestis subsidium petendum,* vgl. 15, 68 *non aliter flagitiis eius subveniri potuisse* und s. zu 3, 24, 1. | 7. *caelibem*, nachdem er seine Frau verstoſsen, Kap. 12. | 10. *properus* mit dem Genetiv, wie 12, 66; 14, 7. Erst in den Annalen. | 12. *inter* mit substantiviertem Adj. verbunden, den Umstand oder Zustand bezeichnend, unter dem etwas stattfindet wie Kap. 37 *inter extrema.* | 13. *ob magnitudinem infamiae.* Gerade diese öffentliche Schande, diesen Skandal sucht Messalina. Es ist dies ein pikanter Genuſs für sie, es ist wieder einmal etwas Neues. | 14. *pudoris prodigos* 'die alle Scham willig von sich geworfen, jeglicher Scham bar sind', vgl. Vell. 2, 48 *prodigos suae alienaeque pudicitiae.* Schwächer ist 14, 14 *evulgatus pudor.* | *nov. vol.* der letzte, äuſserste Genuſs, über den nichts geht. | 15. *exspectato* als absolutes Partizip wie 12, 7 *nec Claudius ultra exspectato.* | *sacrificii gratia.* Dagegen berichtet Dio. 60, 31, daſs Claudius zur Inspektion der Getreidezufuhr nach Ostia gegangen sei und Messalina, um ihn nicht zu begleiten, sich krank gestellt habe.

27 Haud sum ignarus fabulosum visum iri tantum ullis mortalium securitatis fuisse in civitate omnium gnara et nihil reticente, nedum consulem designatum cum uxore principis, praedicta die, adhibitis qui obsignarent, velut suscipiendorum liberorum causa convenisse, atque illam audisse auspicum verba, *submisse* sacrificasse apud deos; discubitum inter convivas, oscula complexus, noctem denique actam licentia coniugali, sed nihil compositum miraculi causa, verum audita scriptaque senioribus tradam.

28 Igitur domus principis inhorruerat, maximeque quos penes potentia et, si res verterentur, formido, non iam secretis conloquiis, sed aperte fremere, dum histrio cubiculum *per* principis exsultaverit, dedecus quidem inlatum, sed excidium procul afuisse: nunc iuvenem nobilem dignitate formae, vi mentis ac propinquo consulatu maiorem ad spem adcingi; nec enim occultum, quid post tale matrimonium superesset. subibat sine dubio metus reputantes hebetem Claudium et uxori devinctum multasque mortes iussu Messalinae patratas: rursus ipsa facilitas imperatoris fiduciam dabat, si atrocitate criminis praevaluissent, posse opprimi damnatam ante quam ream; sed in eo discrimen verti, si defensio audiretur, utque clausae aures etiam confitenti forent.

29 Ac primo Callistus, iam mihi circa necem *C.* Caesaris

---

27. 1. *visum iri,* der einzige Inf. fut. pass. bei Tacitus. | 2. *et nihil,* s. zu 6, 46, 15. | 3. *nedum* nach positivem Hauptsatze, wie 13, 20 *cuicunque, nedum parenti, defensionem tribuendam,* eine nachklassische Konstruktion; aber *fabulosum* ist = *incredibile.* | 4. *qui obsignarent.* Es sind die zehn Zeugen, welche den Ehekontrakt (*tabulae nuptiales*) unterzeichnen. | *velut* bezeichnet die wirkliche Absicht, griech. ὡς. Vgl. 15, 53 *velut magno operi sacrum.* S. Einl. § 95. | 5. Die *auspices* sind bei der Eheschliefsung Privatpersonen, neben den Zeugen. Juven. 10, 336 *veniet cum signatoribus auspex.* | 6. *submisse* 'demütig', vgl. Verg. Aen. 3, 93 *submissi petimus terram,* Cic. *submisse supplicare.* | 7. *oscula complexus.* Der Inf. eines allgemeinen Verbums ist zu ergänzen. Wir: 'da habe es gegeben.'

28. 3. *histrio,* nämlich Mnester, s. Kap. 4. | *cubiculum per principis* 'durch — hin'. Für diese Stellung von *per* (Anastrophe) mit folgendem Genetiv giebt es bei Tacitus ebensowenig eine Parallele wie für Kap. 1 *contione in populi Romani* (s. Draeger: Synt. und Stil. des Tac.[3] S. 94 und Nipperdey-Andresen zu 3, 72, 4). Vgl. indessen Verg. Aen. 4, 670 *flammaeque furentes culmina perque hominum volvantur perque deorum,* 7, 234 *fata per Aeneae iuro dextramque potentem.* | *exsultaverit* 'sich (in Lust) getummelt habe', in eigentlicher Bed. auch 14, 34. | 5. *dignitate — consulatu.* Die Ablative gehören zum Verbum. | 9. *rursus* wie αὖ, 'hinwiederum, andererseits', 13, 13 u. öfter, wie bei Klassikern. | 12. Der Finalsatz *utque — clausae forent* ist gegen das Gesetz der Konzinnität mit dem Bedingungssatz koordiniert, beide das *in eo* ausführend. Vgl. Einl. § 119. *ut — forent,* 'dafs — sein sollten'.

29. 1. Callistus, Freigelassener des Caligula, hatte an der Verschwörung teilgenommen, die mit der Ermordung desselben endete. Er bekleidete jetzt das Amt des *libellensis* (oder *a libellis*) und hatte als

narratus, et Appianae caedis molitor Narcissus flagrantissimaque eo in tempore gratia Pallas agitavere, num Messalinam secretis minis depellerent amore Silii, cuncta alia dissimulantes. dein metu, ne ad perniciem ultro traherentur, desistunt Pallas per ignaviam, Callistus prioris quoque regiae peritus et potentiam cautis quam acribus consiliis tutius haberi: perstitit Narcissus, solum id immutans, ne quo sermone praesciam criminis et accusatoris faceret. ipse ad occasiones intentus, longa apud Ostiam Caesaris mora, duas paelices, quarum is corpori maxime insueverat, largitione ac promissis et uxore deiecta plus potentiae ostentando perpulit delationem subire.

Exin Calpurnia (id paelici nomen), ubi datum secretum, 30
genibus Caesaris provoluta nupsisse Messalinam Silio exclamat; simul Cleopatram, quae id *demum* opperiens adstabat, an comperisset interrogat, atque illa adnuente cieri Narcissum postulat. is veniam in praeteritum petens, quod ei Vettios, Plautios dissimulavisset, nec nunc adulteria obiecturum ait, ne domum

---

solcher die Bittschriften anzunehmen. | *circa* 'bei (Gelegenheit)'. | 2. *narratus* setzt im Aktiv den Acc. voraus, s. zu 4, 23, 10 und vgl. Agr. 46 *Agricola posteritati narratus et traditus.* | Narcissus, Freigelassener des Claudius selbst, ist sein Privatsekretär (*ab epistulis*) und wird im J. 54 nach dem Tode des Claudius durch Agrippina zum Selbstmord getrieben. — Appius Junius Silanus, im J. 28 Konsul, 32 ohne Erfolg des Majestätsverbrechens angeklagt, ward 42 auf Anstiften der Messalina hingerichtet, weil er ihre Liebe verschmähte. Um ihn bei Claudius zu verdächtigen, hatte man einen Traum fingiert, worin Silanus den Kaiser ermordete. Dio 60, 14, Suet. Claud. 37. | *flagrantissima,* eine neue Metapher, wie 13, 45 *flagrantissimus in amicitia Neronis;* 14, 39 *flagrante etiam tum libertate.* | 3. Pallas, ebenfalls Freigelassener und zwar der Antonia, der Mutter des Kaisers, führte das Amt *a rationibus,* die Verwaltung der kaiserlichen Kasse, und ward im J. 62 von Nero, der ihn beerben wollte, vergiftet. | *agitavere* absolut 'gingen zu Rate' wie Kap. 23; 13, 41. | 8. *solum id immutans* 'indem er nur einen Punkt änderte, mit der einzigen Änderung'. Er hielt zwar den Plan aufrecht, die Messalina von Silius zu trennen, verzichtete aber darauf, sie zu warnen, weil dies gefährlich war. Sie sollte überrascht werden. | 11. Über *insuescere* s. zu Kap. 3. | 12. *perpello* mit dem Infinitiv, s. 6, 33, 1. Vgl. Einl. § 79.

30. 2. *genibus provoluta* statt *ad genua.* Ebenso 12, 18; 14, 61 und Just. 11, 9, 14 *provolutae genibus Alexandri.* Vgl. ann. 1, 23 *pedibus advolutus.* | 5. Den Ehebruch des *Vettius Valens,* eines Arztes, bestätigt Plin. n. h. 29 § 20. | *Plautius*, Neffe des A. Plautius, der im J. 42 die Britannier besiegte, wird 65 unter Nero als Mitverschworener des Piso hingerichtet. | 6. *nec* = *ne quidem,* wie 12, 43; 14, 55. | *nunc* in or. obl., s. 14, 35. | '*ne pro* n e d u m *aliquo modo in sententia extremo loco adiecta poni potest*'. Madvig emend. Liv. 602 A. Vgl. Cic. Tusc. 1, 29, 71 *quod cum ita sit, certe nec secerni nec dividi nec discerpi nec distrahi potest, ne interire igitur,* ad fam. 9, 26, 2 *me vero nihil istorum ne iuvenem quidem movit umquam, ne nunc senem,* Sall. Cat. 11, 7 *milites, postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui victis fecere. quippe secundae res sapientium animos fatigant, ne* ('kein Gedanke vollends, daſs') *illi corruptis moribus victoriae temperarent,* Liv. 3, 52, 9 *novam inexpertamque eam potestatem eripuere patribus nostris, ne nunc dulcedine semel capti ferant desiderium.* Bei Tac. *ne* =

servitia et ceteros fortunae paratus reposceret. frueretur immo his, sed redderet uxorem rumperetque tabulas nuptiales. 'an discidium' inquit 'tuum nosti? nam matrimonium Silii vidit populus et senatus et miles; ac ni propere agis, tenet urbem maritus.'

31 Tum potissimos amicorum vocat, primumque rei frumentariae praefectum Turranium, post Lusium Getam praetorianis inpositum percontatur. quis fatentibus certatim ceteri circumstrepunt, iret in castra, firmaret praetorias cohortes, securitati ante quam vindictae consuleret. satis constat eo pavore offusum Claudium, ut identidem interrogaret, an ipse imperii potens, an Silius privatus esset. at Messalina non alias solutior luxu, adulto autumno simulacrum vindemiae per domum celebrabat. urgeri prela, fluere lacus; et feminae pellibus accinctae adsultabant ut sacrificantes vel insanientes Bacchae; ipsa crine fluxo thyrsum quatiens, iuxtaque Silius hedera vinctus, gerere cothurnos, iacere caput, strepente circum procaci choro. ferunt Vettium Valentem lascivia in praealtam arborem conisum, interrogantibus, quid aspiceret, respondisse tempestatem ab Ostia atrocem, sive coeperat ea species, seu forte lapsa vox in praesagium vertit.

32 Non rumor interea, sed undique nuntii incedunt, qui gnara Claudio cuncta et venire promptum ultioni adferrent. igitur Messalina Lucullianos in hortos, Silius dissimulando metu ad munia fori digrediuntur. ceteris passim dilabentibus adfuere centuriones, inditaque sunt vincla, ut quis reperiebatur in publico aut per latebras. Messalina tamen, quamquam res

---

nedum nur hier. | *domum.* Dafs Messalina dem Silius auch ein Haus geschenkt, ist zwar Kap. 12 nicht erwähnt; doch sagt Dio 60, 31 *καὶ οἰκίαν αὐτῷ βασιλικὴν ἐχαρίσατο.* | *fortunae* 'der hohen Stellung'.

31. 1. *potissimos amicorum,* wie 13, 18. | 2. Über Turranius, der hochbetagt war, s. zu 1, 7. | Geta ward im J. 51 auf Anstiften der Agrippina abgesetzt, seine Stelle erhielt Burrus. | 4. *castra,* nämlich *praetoria,* östlich, dicht vor der *porta Viminalis* und *collina.* | 6. *offusum.* Vgl. Cic. pro Marc. 4, 10 *omnium Marcellorum meum pectus memoria obfudit*, und über die Subjektsvertauschung s. zu 2, 11, 7. | 8. *adulto,* wie 2, 23 *aestate iam adulta,* 13, 36 *donec ver adolesceret,* vgl. Thuc. 2, 19 *τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος.* | 9. *lacus* die Kufe, in welche der Most fliefst. | *pellibus,* wie bei Bacchusfesten. | 10. *adsultare,* hier 'daneben springen', sonst 'heranspringen', hist. 4, 22 *adsultante* (sc. *ad castra*) *per campos equite.* | 13. Vettius war ein früherer Liebhaber der Messalina; s. Kap. 30. | *conisum.* Vgl. Caes. b. c. 1, 46, 3 *equitatus — summa in iugum virtute conititur.*

32. 2. *gnara* passivisch wie 1, 5 *gnarum id Caesari* und öfter, nur bei Tacitus und Apuleius; *ignarus* schon Verg. Aen. 10, 706, Ovid met. 7, 404, Sall. Iug. 18, 6; 52, 4. | 3. *hortos,* s. zu Kap. 1. | *dissimulando metu.* Der Dativ des Gerundivums bei Verbis der Bewegung: 6, 43 *reddendae dominationi venisse,* hist. 3, 32 *balineas abluendo cruori propere petit.* S. Einl. § 109, b. | 6. *in publico* 'auf der Strafse' wie 4, 68.

adversae consilium eximerent, ire obviam et aspici a marito, quod saepe subsidium habuerat, haud segniter intendit misitque, ut Britannicus et Octavia in complexum patris pergerent. et Vibidiam, virginum Vestalium vetustissimam, oravit pontificis maximi aures adire, clementiam expetere. atque interim, tribus omnino comitantibus (id repente solitudinis erat) spatium urbis pedibus emensa, vehiculo, quo purgamenta hortorum excipiuntur, Ostiensem viam intrat, nulla cuiusquam misericordia, quia flagitiorum deformitas praevalebat.

33 Trepidabatur nihilo minus a Caesare: quippe Getae praetorii praefecto haud satis fidebant, ad honesta seu prava iuxta levi. ergo Narcissus, adsumptis quibus idem metus, non aliam spem incolumitatis Caesaris adfirmat, quam si ius militum uno illo die in aliquem libertorum transferret, seque offert suscepturum. ac ne, dum in urbem refertur, ad paenitentiam a L. Vitellio et Largo Caecina mutaretur, in eodem gestamine sedem poscit assumiturque.

34 Crebra post haec fama fuit, inter diversas principis voces, cum modo incusaret flagitia uxoris, aliquando ad memoriam coniugii et infantiam liberorum revolveretur, non aliud prolocutum Vitellium quam 'o facinus! o scelus!' instabat quidem Narcissus aperire ambages et veri copiam facere: sed non ideo

---

69; 15, 52. | 9. Britannicus und Octavia waren die einzigen Kinder, die sie mit Claudius hatte. Ersterer wird 55 von Nero vergiftet; letztere, Gemahlin des Nero, wird von diesem verstofsen, verbannt und 62 auf unmenschliche Weise ermordet. Vgl. 14, 64. | 10. *vetustissimam.* Die älteste Vestalin war die Vorsteherin der anderen und hiefs *virgo maxima,* bei Dio ἡ πρεσβεύουσα. Die Fürbitte der Vestalinnen war von Einflufs, z. B. bei Sulla für Julius Caesar. | *orare* mit dem Infinitiv erst in den Annalen: 6, 2; 12, 9; 13, 13, nach Plaut. (mil. 1405) und Verg. (Aen. 9, 231). | Seit Augustus ward der Kaiser ständig vom Senat zum *pontifex maximus* erwählt. | 12. *id* mit dem Genetiv statt *tantus,* als Epiphonem allerdings ungewöhnlich, während sonst dieser nach falscher Analogie gebildete Gen. part. sich in allen Sprachperioden findet. Sagt doch selbst Cic. pro Rosc. Am. § 83 *id erit signi.*

33. 1. *trepidabatur a Caesare,* d. h. (wie *fidebant* zeigt) von dem Kaiser und seinem Gefolge, namentlich Narcissus. | 3. *levi* 'unzuverlässig'. | 4. *ius militum* (= *ius in milites* wie hist. 2, 92 *iura libertorum* = *iura in libertos*) ist der Oberbefehl über die Prätorianer. | 5. *se offert,* wie 16, 26 *offerebat se inter cessurum senatus consulto.* | 6. *ad paenitentiam — mutaretur* wie 6, 36; 13, 9 u. a. nach dem Vorgang des Livius 24, 26, 14. Einmal setzt Tac. *in,* hist. 4, 37 *dein mutati in paenitentiam.* | 7. L. Vitellius ist der Konsul des vorigen Jahres; s. Kap. 2. | Caecina war 42 Konsul gewesen. | *gestamen* hier 'Fuhrwerk, Wagen', nicht 'Sänfte'.

34. 1. *crebra — fuit* 'oft hörte man nachmals sagen'; *post haec* anders zu beziehen verbietet die Stellung zwischen *crebra* und *fama.* | 2. *modo — aliquando,* wie 1, 81; 6, 35 und öfter. | 4. *instabat* (sc. Vitellio) mit Inf. auch Cic. (Verr. 3 § 136, ad fam. 10, 16, 1), Tac. nur hier. | 5. *aperire ambages* 'der dunklen Rede Sinn enträtseln'. | *non pervicit, quin,*

pervicit, quin suspensa et, quo ducerentur, inclinatura responderet exemploque eius Largus Caecina uteretur. et iam erat in aspectu Messalina clamitabatque audiret Octaviae et Britannici matrem, cum obstrepere accusator, Silium et nuptias referens; simul codicillos libidinum indices tradidit, quis visus Caesaris averteret. nec multo post urbem ingredienti offerebantur communes liberi, nisi Narcissus amoveri eos iussisset. Vibidiam depellere nequivit, quin multa cum invidia flagitaret, ne indefensa coniunx exitio daretur. igitur auditurum principem et fore diluendi criminis facultatem respondit: iret interim virgo et sacra capesseret.

35 Mirum inter haec silentium Claudi, Vitellius ignaro propior: omnia liberto oboediebant. patefieri domum adulteri atque illuc deduci imperatorem iubet. ac primum in vestibulo effigiem patris Silii consulto senatus abolitam demonstrat, tum quidquid avitum Neronibus et Drusis in pretium probri cessisse. incensumque et ad minas erumpentem castris infert, parata contione militum; apud quos praemonente Narcisso pauca verba fecit: nam etsi iustum dolorem pudor impediebat. continuus dehinc cohortium clamor nomina reorum et poenas flagitantium; admotusque Silius tribunali non defensionem, non moras temptavit, precatus, ut mors adceleraretur. eadem constantia et inlustres equites Romani [cupido maturae necis fuit]. et Titium Proculum, custodem a Silio Messalinae datum et indicium offerentem, Vettium Valentem confessum et Pompeium Urbicum ac Saufeium Trogum ex consciis tradi ad supplicium iubet.

---

vgl. Liv. 4, 44, 2 *nec potestas horum valuit, quin praeferrent.* | 9. *cum obstrepere.* S. Einl. § 92. | 11. *offerebantur — nisi.* Vgl. Einl. § 103, 1. | 13. *invidia* 'Vorwürfe', vgl. 15, 19 *magna cum invidia senatum adeunt* u. a.

35. 1. *ignaro propior* 'mehr einem ähnlich, der von nichts etwas weiſs'. | 4. Der Vater des Silius war im J. 24 von Sejan angeklagt und zum Selbstmord getrieben. | Die ungewöhnliche Stellung *consulto senatus* hat auch Florus 3, 21, 7 und 8. | 5. *Neronibus et Drusis,* Claudius ist Enkel des Ti. Claudius Nero, dessen Gemahlin Livia (später Gemahlin des Augustus) eine Tochter des M. Livius Drusus Claudianus war. | *in pretium probri cessisse,* wie hist. 1, 11 *provinciae — in pretium belli cessurae erant* 'die Provinzen waren bestimmt als Kampfpreis zuzufallen', cf. ann. 15, 45 *inque eam praedam etiam di cessere.* | 7. *praemonente,* aoristisches Partizip statt eines Präteritums, wie 12, 69 *monente praefecto,* 12, 48 *cognoscens proditum Mithridatem vocat consilium* u. a. Vgl. Cic. pro Lig. 3, 7 *a quo hoc ipso C. Pansa mihi nuntium perferente concessos fasces laureatos tenui,* Brut. 48, 180 *quo accusante P. Sextius damnatus est ambitus,* Sall. Jug. 113 *haec Maurus secum ipse diu volvens tandem promisit.* Auch bei Vergil (z. B. Aen. 1, 305 *volvens*) und Livius (z. B. 27, 43, 3 *implicantes*), sowie im Griechischen (z. B. Thuc. 2, 2 *τοῖς ἐπαγομένοις*). | Narcissus hält also eine kurze Ansprache an die Prätorianer, dann der Kaiser. | 12. Über das explikative *et* s. zu 3, 38, 1. | Über Titius und Vettius s. zu Kap. 30. Die übrigen, die am Schluſs des Kap. erwähnt werden, sind nicht bekannt. | 15. *tradi* (nicht *trahi*) sc. den

Decrius quoque Calpurnianus vigilum praefectus, Sulpicius Rufus ludi procurator, Iuncus Vergilianus senator eadem poena adfecti.

Solus Mnester cunctationem attulit, dilaniata veste clamitans, aspiceret verberum notas, reminisceretur vocis, qua se obnoxium iussis Messalinae dedisset: aliis largitione aut spei magnitudine, sibi ex necessitate culpam; nec cuiquam ante pereundum fuisse, si Silius rerum poteretur. commotum his et pronum ad misericordiam Caesarem perpulere liberti, ne tot inlustribus viris interfectis histrioni consuleretur: sponte an coactus tam magna peccavisset, nihil referre. ne Trauli quidem Montani equitis Romani defensio recepta est. is modesta iuventa, sed corpore insigni, accitus ultro noctemque intra unam a Messalina proturbatus erat, paribus lasciviis ad cupidinem et fastidia. Suillio Caesonino et Plautio Laterano mors remittitur, huic ob patrui egregium meritum: Caesoninus vitiis protectus est, tamquam in illo foedissimo coetu passus muliebria. 36

Interim Messalina Lucullianis in hortis prolatare vitam, 37 componere preces, nonnulla spe et aliquando ira: tantum inter extrema superbiae gerebat. ac ni caedem eius Narcissus properavisset, verterat pernicies in accusatorem. nam Claudius domum regressus et tempestivis epulis delenitus, ubi vino incaluit, iri iubet nuntiarique miserae (hoc enim verbo usum ferunt) dicendam ad causam postera die adesset. quod ubi auditum et languescere ira, redire amor ac, si cunctarentur, propinqua nox et uxorii cubiculi memoria timebantur, prorumpit Narcissus denuntiatque centurionibus et tribuno, qui aderat, exsequi caedem: ita imperatorem iubere. custos et

---

Exekutivbeamten (hier Centurionen oder Tribunen), vgl. Nepos Phoc. 4, 2 *undecimviris, quibus ad supplicium more Atheniensium publice damnati tradi solent.* | 16. *vigilum,* Brandwache aus 7 Cohorten bestehend, im Grunde keine ordentlichen Soldaten. | 17. *ludi* nämlich *gladiatorii,* der kaiserlichen Gladiatorenschule.

36. 1. Über den Schauspieler Mnester s. zu Kap. 4. | *dilaniata,* vgl. Ovid am. 3, 9, 52 *inornatas dilaniata comas.* | 2. *vocis.* Claudius hatte ohne Arg dem Mnester befohlen, der Messalina zu gehorchen. Vgl. Dio 60, 22 *καὶ οὕτως εἰπόντος αὐτῷ τοῦ Κλαυδίου πάνϑ', ὅσα ἂν προστάττηται ὑπὸ τῆς Μεσσαλίνης, ποιεῖν, συνῆν αὐτῇ ὡς καὶ τοῦϑ' ὑπ' ἐκείνου κεκελευσμένος.* | 7. *consulere* 'verschonen'. Vgl. 3, 46, 10. | 10. *intra.* Über diese Form der Anastrophe s. Einl. § 116, c. | 12. Über Suillius s. zu Kap. 1, über Plautius zu Kap. 30.

37. 2. *componere,* nämlich in einem Brief an den Kaiser. | *inter extrema* ('angesichts des Todes') s. Kap. 26, 12. | 3. *properare* in transitiver Bedeutung, s. zu 1, 56, 8. | 5. *tempestivis epulis* sind Gelage am hellen Tage vor der 9. Stunde (vgl. *cenare de die*). | 8. *languescere* und *redire,* historische Infinitive im Nebensatz, wie 2, 4 *sed ubi minitari Artabanus et parum subsidii in Armeniis vel bellum adversus Parthos sumendum erat,* 12, 51 *ubi quati uterus et viscera vibrantur.* S. Einl. § 92. | 10. *denuntiare* 'befehlen' mit dem Infinitiv wie *nuntiare,* 16, 11 *ergo nuntiat patri abicere*

exactor e libertis Euodus datur. isque raptim in hortos praegressus repperit fusam humi, adsidente matre Lepida, quae florenti filiae haud concors supremis eius necessitatibus ad miserationem evicta erat suadebatque, ne percussorem opperiretur: transisse vitam neque aliud quam morti decus quaerendum. sed animo per libidines corrupto nihil honestum inerat; lacrimaeque et questus inriti ducebantur, cum impetu venientium pulsae fores adstititque tribunus per silentium, at libertus increpans multis et servilibus probris.

38 Tunc primum fortunam suam introspexit ferrumque accepit, quod frustra iugulo aut pectori per trepidationem admovens ictu tribuni transigitur. corpus matri concessum. nuntiatumque Claudio epulanti perisse Messalinam, non distincto, sua an aliena manu. nec ille quaesivit, poposcitque poculum et solita convivio celebravit. ne secutis quidem diebus odii gaudii, irae tristitiae, ullius denique humani adfectus signa dedit, non cum laetantes accusatores aspiceret, non cum filios maerentes. iuvitque oblivionem eius senatus censendo nomen et effigies privatis ac publicis locis demovendas. decreta Narcisso quaestoria insignia, levissimum fastidio eius, cum super Pallantem et Callistum ageret. [honesta quidem, sed ex quis deterrima orerentur tristitiis multis.]

---

spem et uti necessitate. | 12. *exactor* 'Vollstrecker' wie 3, 14 *custos saluti an mortis exactor sequeretur,* Liv. 2, 5, 5 *exacto, supplicii.* | 13. *fusam humi* wie Verg. Aen. 6, 423. | Über Lepida s. zu Kap. 1. | 14. *supremis necessitatibus* (hist. 1, 72 *suprema necessitas*), 15, 61 *necessitas ultima,* 13, 1 *n. extrema.* Euphemismus für die Not dessen, der gezwungen ist sich selbst den Tod zu geben. | 15. *evicta.* Vgl. 1, 57 *evicta in lacrimas,* 15, 64 *blandimentis vitae evictam* u. sonst (vgl. Verg. Aen. 4, 474 *ergo ubi concepit furias evicta dolore*), hist. 2, 64 *in gaudium evicta.* 'Ein Lieblingsausdruck des Tacitus zur Bezeichnung des überwältigenden Gefühls mit dem Nebenbegriff des Sichsträubens' Heraeus.

38. 2. *aut* statt *modo — modo.* Vgl. zu 1, 16, 6 *ob iustitiam aut gaudium.* | 5. *que* 'sondern', s. zu 1, 65, 8. | 8. *filios,* nämlich den Sohn und die Tochter, also 'die Kinder', wie hist. 1, 63 *stratis per vias feminis puerisque,* ann. 12, 4 *fratres* 'Geschwister'. Mit ähnlicher Syllepsis gebraucht Tacitus *privigni* (12, 2) und *pronepotes* (5, 1). | 11. *fastidio eius.* Für seinen Hochmut, der mehr verlangte, da er sich über P. und C. stellte (*ageret*), war das eine ganz unbedeutende Ehre. | 12. Die letzten Worte *honesta — multis* scheinen ein Glossem zu sein, womit jemand ausdrücken wollte, dafs die Beseitigung der Messalina und ihrer Anhänger zwar löblich, aber in ihren Folgen verhängnisvoll war, da Agrippina bald darauf die Gemahlin des Kaisers ward.

Zwölftes Buch.

Inhalt.

Die Jahre 48 und 49 n. Chr. Pallas, Callistus und Narcifs suchen dem Kaiser eine neue Gemahlin zu geben 1—2. Agrippina erhält den Vorzug 3—7. L. Silanus, der Verlobte der Octavia, tötet sich. Seneca wird zum Erzieher des Nero ernannt, dieser mit der Octavia verlobt 8—9. Claudius giebt den Parthern den Meherdates zum König 10—11. Acbarus und Izates 12—13. Meherdates wird besiegt und ergiebt sich dem Gotarzes, nach dessen Tode besteigt Vonones, dann Vologeses den parthischen Thron 14. Mithridates sucht Bosporus wieder zu erobern. Cotys, Eunones und die Römer widersetzen sich ihm 15. Einnahme der Stadt Uspe 16. Zorsines verläfst den Mithridates, der sich dem Eunones ergiebt und nach Rom geführt wird 17—21. Lollia Paulina wird verbannt und getötet, Calpurnia verbannt 22. Salutis augurium. Erweiterung des Pomeriums. Wie oft es früher erweitert war 23—24.

Das Jahr 50 n. Chr. Nero wird von Claudius adoptiert, Britannicus zurückgesetzt 25—26. Agrippina gründet die Colonia Agrippinensis im Lande der Ubier. Pomponius gegen die Chatten 27—28. Vannius, König der Sueben, wird von Vibilius, Vangio und Sida vertrieben 29—30. In Britannien besiegt Ostorius die Icener, Ceanger und Briganten 31—32. Caratacus, König der Siluren, den Römern ausgeliefert, wird nach Rom geführt. Seine stolze Haltung. Claudius schenkt ihm das Leben 33—37. Die Britannier erheben sich von neuem. Ostorius stirbt 38—39. Didius wird sein Nachfolger. Bürgerkrieg zwischen Venutius und der Königin Cartimandua 40.

Das Jahr 51 n. Chr. Nero erhält die Toga virilis. Die Umgebung des Britannicus wird geändert 41. Burrus zum Befehlshaber der Prätorianer ernannt. Übermut der Agrippina. Vitellius erfolglos angeklagt 42. Prodigien und Hungersnot in Rom 43. Krieg zwischen Armenien und Hiberien. Radamistus tötet den Mithridates 44—47. Quadratus verhält sich passiv 48. Paelignus, Prokurator von Cappadocien, begünstigt den Radamistus

49. Die Parther fallen in Armenien ein, ziehen aber wieder ab. Radamistus wird von den Armeniern vertrieben. Seine Flucht. Wunderbare Rettung der Zenobia 50—51.

Das Jahr 52 n. Chr. Furius Scribonianus wird verbannt. Beschlufs über die Vertreibung der Astrologen. Purifizierung des Senates 52. Der Senatsbeschlufs über die Verbindung der Frauen mit Sklaven. Hohe Stellung des Pallas 53. Streit des Felix und Ventidius in Judäa, durch Quadratus beigelegt 54. Aufstand in Cilicien, von Antiochus unterdrückt 55. Kampfspiel auf dem Fuciner See 56—58.

Das Jahr 53 n. Chr. Nero heiratet die Octavia 58. Statilius Taurus tötet sich 59. Claudius giebt seinen Prokuratoren die volle Jurisdiction in ihren Provinzen 60. Die Insel Cos erhält Abgabenfreiheit 61. Den Bewohnern von Byzanz wird das Tributum auf fünf Jahre erlassen. Über die Geschichte und Ortslage dieser Stadt 62—63.

Das Jahr 54 n. Chr. Vorzeichen vom Tode des Kaisers. Agrippina treibt die Domitia Lepida zum Selbstmorde, gegen den Willen des Narcifs 64—65. Tod des Claudius. Thronbesteigung des Nero 66—69.

1 Caede Messalinae convulsa principis domus, orto apud libertos certamine, quis deligeret uxorem Claudio, caelibis vitae intoleranti et coniugum imperiis obnoxio. nec minore ambitu feminae exarserant, *ut* suam quaeque nobilitatem formam opes contenderet ac digna tanto matrimonio ostentaret. sed maxime ambigebatur inter Lolliam Paulinam M. Lollii consularis et Iuliam Agrippinam Germanico genitam: huic Pallas, illi Callistus fautores aderant; at Aelia Paetina e familia Tuberonum Narcisso fovebatur. ipse huc modo, modo illuc, ut quemque suadentium audierat, promptus, discordantes in consilium vocat ac promere sententiam et adicere rationes iubet.

2 Narcissus vetus matrimonium, *filiam* communem (nam Antonia ex Paetina erat), nihil in penatibus eius novum dis-

---

1. 5. *contenderet* 'verglich, geltend machte, mafs', mit dem Nebenbegriff des Wettstreits bezw. der Eifersucht, fast = *sua quaeque nobilitate forma opibus c.,* wie Hor. C. 3, 1, 12—13 sagt *moribus hic meliorque fama contendat.* | 6. Lollia, Tochter eines Konsulars, wird schon im nächsten Jahre (49) auf Anstiften der Agrippina verbannt und getötet, s. Kap. 22. | Die Ellipse von *filia* wie Cic. de div. 1, 46, 104, *Caeciliam Metelli,* Vell. 2, 5 *Fabius Aemilianus Pauli* (*filius*). Häufiger fehlt so *uxor,* s. zu ann. 4, 11, 11. | 8. Paetina ist eine frühere Gemahlin des Claudius, der sich ohne zwingende Gründe von ihr schied. | 9. Der Chiasmus bei *modo* ist wie Sall. Jug. 45 *in primis modo, modo in postremis.*

2. 1. Narcissus und Callistus machen ihre Vorschläge mit Rücksicht auf die persönlichen Verhältnisse des Fürsten, Pallas denkt nur an den Thron. | 2. Antonia ward, nachdem sie zweimal verheiratet gewesen, von Kaiser Nero ermordet, weil sie nach dem Tode seiner

serebat, si sueta coniunx rediret, haudquaquam novercalibus odiis visura Britannicum, Octaviam, proxima suis pignora. Callistus inprobatam longo discidio, ac si rursum adsumeretur, eo ipso superbam; longeque rectius Lolliam induci, quando nullos liberos genuisset, vacuam aemulatione et privignis parentis loco futuram. at Pallas id maxime in Agrippina laudare, quod Germanici nepotem secum traheret *et* — dignum prorsus imperatoria fortuna — stirpem nobilem et familiae *Iuliae* Claudiaeque posteros coniungeret: ne femina expertae fecunditatis, integra iuventa, claritudinem Caesarum aliam in domum ferret.

Praevaluere haec adiuta Agrippinae inlecebris: ad eum 3
per speciem necessitudinis crebro ventitando pellicit patruum, ut praelata ceteris et nondum uxor potentia uxoria iam uteretur. nam ubi sui matrimonii certa fuit, struere maiora nuptiasque Domitii, quem ex Cn. Ahenobarbo genuerat, et Octaviae Caesaris filiae moliri; quod sine scelere perpetrari non poterat, quia L. Silano desponderat Octaviam Caesar iuvenemque et alia clarum insigni triumphalium et gladiatorii

---

Gemahlin Poppaea seine Hand ausschlug. | *nihil novum* ist Acc. der Sache von *disserere* abhängig wie 1, 4 *pauci bona libertatis in cassum disserere,* s. zu 4, 23, 10. | 3. *novercalia odia* auch 1, 6; *novercales stimuli* 1, 33. | 4. *Britannicum, Octaviam,* cf. 13, 55 *mox Tiberio, Germanico ducibus.* | *pignora* (scil. *amoris*) vonBlutsverwandten wie 15, 36; 16, 26 und öfter. | 6. *rectius* Adverbium des Urteils, s. zu 1, 18, 9. | 7. *privigni* 'Stiefkinder' wie 4, 71. Vgl. zu 11, 38 *filios.* | 9. *Germanici nepotem,* nämlich L. Domitius Nero, den Sohn des Cn. Domitius und späteren Kaiser. | *dignum — fortuna* 'was würdig des Kaiserhauses sei'. Die Parenthese des gröfseren Nachdrucks wegen vorangestellt, wie öfter bei Tac. z. B. 1, 35 *extrema pars contionis ac — vix credibile dictu — quidam singuli hortabantur,* 13, 2 *hi rectores imperatoriae iuventae et — rarum in societate potentiae — concordes,* hist. 4, 57 *ut — flagitium incognitum Romani exercitus — in externa verba iurarent.* Vgl. Joh. Müller, Beitr. 2 H. S. 51 u. f. und Nipp.-Andresen zu 12, 42, 17. | 10. *stirpem nobilem,* natürlich identisch mit *Germanici nepotem,* aber hier als Sohn des Domitius (als Sprofs der *familia Domitia*) angesehen. | Iuliae, der Urgrofsvater der Agrippina war Augustus. | 11. *ne* brachylogisch 'was er deshalb sagte (lobte), damit nicht', vgl. Cic. de fin. 1, 13, 43 *quam autem ego dicam voluptatem, iam videtis, ne invidia verbi labefactetur oratio mea* (d. h. *hoc ideo dico, ne*), ib. 2, 24, 77 *mihi quidem eae verae videntur opiniones, quae honestae ... sint, ne id non pudeat sentire, quod pudeat dicere* (Madvig erklärt: *nam nisi ita statuerimus, non pudebit cet.*), Tusc. 1, 17, 41 *horum igitur aliquid animus est, ne tam vegeta mens — demersa iaceat.* | 11. *expertae* passivisch 'bewährt' wie 3, 74 *centuriones virtutis expertae.* | 12. *claritudinem* 'Adel', s. zu Kap. 3, 8.

3. 7. Silanus ist der Sohn des M. Iunius Silanus, der 19 n. Chr. Konsul war (s. 2, 59). | 8. *alia clarum.* Vgl. Sall. H. inc. 80 Kr., 113 D. *sanctus alia.* Sonst gebraucht Tac. dafür *cetera* (z. B. 4, 16 u. a.) wie Liv. und Sall. | Silanus wird *clarus* genannt, weil er durch seine Mutter Aemilia Lepida von Augustus abstammt. Sein Bruder ward im J. 54 sofort nach dem Regierungsantritt des Nero auf Anstiften der Agrippina vergiftet. Die Insignien des Triumphes soll er schon im J. 44 bei dem Triumphe über Britannien im 18. Jahre stehend

muneris magnificentia protulerat ad studia vulgi. sed nihil arduum videbatur in animo principis, cui non iudicium, non odium erat nisi indita et iussa.

4 Igitur Vitellius, nomine censoris serviles fallacias obtegens ingruentiumque dominationum provisor, quo gratiam Agrippinae pararet, consiliis eius implicari, ferre crimina in Silanum, cuius sane decora et procax soror, Iunia Calvina, haud multum ante Vitellii nurus fuerat. hinc initium accusationis; fratrumque non incestum, sed incustoditum amorem ad infamiam traxit. et praebebat Caesar aures, accipiendis adversus generum suspicionibus caritate filiae promptior. at Silanus insidiarum nescius ac forte eo anno praetor, repente per edictum Vitellii ordine senatorio movetur, quamquam lecto pridem senatu lustroque condito. simul adfinitatem Claudius diremit, adactusque Silanus eiurare magistratum, et reliquus praeturae dies in Eprium Marcellum conlatus est.

5 C. Pompeio Q. Veranio consulibus pactum inter Claudium et Agrippinam matrimonium iam fama, iam amore inlicito firmabatur; necdum celebrare sollemnia nuptiarum audebant, nullo exemplo deductae in domum patrui fratris filiae: quin et incestum ac, si sperneretur, ne in malum publicum erumperet, metuebatur. nec ante omissa cunctatio, quam Vitellius suis artibus id perpetrandum sumpsit. percontatusque Caesarem, an iussis populi, an auctoritati senatus cederet, ubi ille

---

erhalten haben. Als Prätor veranstaltete er ein Gladiatorenspiel, wozu Claudius ihm aus besonderer Gnade die Kosten bewilligte. | *clarus* 'hochgestellt, erlaucht', ebenso durch Geburt und Stellung wie durch Thaten und Verdienste. | 9. *protulerat* wie 16, 18 *ita hunc ignavia ad famam protulerat.* | *erat* bloſs auf das letzte Subst. grammatisch bezogen, während *indita et iussa* auf beide zugleich geht.

4. 1. Vitellius war seit dem vorigen Jahre (47) mit Claudius Censor. | 4. *multum* statt *multo,* s. 5, 3, 7 *haud enim multum post.* | 5. *nurus.* Junia war die Frau des Lucius Vitellius gewesen, welcher Bruder des späteren Kaisers war und bald nach dessen Untergang getötet ward. | *fratrumque* ctt. Vitellius behauptet also, daſs die unschuldige Liebe beider Geschwister (*fratrum,* des Silanus und der Junia Calvina) ein verbrecherisches Verhältnis gewesen sei, das die Ehescheidung zur Folge gehabt habe. | 6. *ad infamiam trahere,* wie 3, 22 *ad saevitiam tr.* und oft. | 10. *lustroque condito,* s. zu 11, 25. | 12. *eiurare* = *iurando abdicare* d. h. ein höheres Staatsamt öffentlich und feierlich niederlegen unter der eidlichen Versicherung gesetzestreuer Verwaltung, vgl. 13, 14. | *reliquus — dies.* Am 30. Dezember trat er das Amt an, welches er dem Gesetze gemäſs schon am 31. niederlegte. | Eprius Marcellus, ein gefährlicher Ankläger, der 70—73 Prokonsul von Asia war, verschwor sich später mit Alienus gegen Vespasian, seinen Freund und Wohlthäter, ward verurteilt und schnitt sich den Hals ab, 79 n. Chr.

5. 1. Dieser Pompejus ist sonst nicht bekannt. Veranius, schon unter Tiberius Legat in Cappadocien, stirbt 58 als Befehlshaber des Heeres in Britannien. | 5. *et incestum* sc. *esse.* | *si sperneretur,* sc. *incestus,* 'wenn man das nicht achte'. | 6. *metuebatur.* Man fürchtet vor allem

unum se civium et consensui imparem respondit, opperiri intra palatium iubet. ipse curiam ingreditur, summamque rem publicam agi obtestans veniam dicendi ante alios exposcit orditurque: gravissimos principis labores, quis orbem terrae capessat, egere adminiculis, ut domestica cura vacuus in commune consulat. quod porro honestius censoriae mentis levamentum quam adsumere coniugem, prosperis dubiisque sociam, cui cogitationes intimas, cui parvos liberos tradat, non luxui aut voluptatibus adsuefactus, sed qui prima ab iuventa legibus obtemperavisset.

Postquam haec favorabili oratione praemisit multaque pa- 6
trum adsentatio sequebatur, capto rursus initio, quando maritandum principem cuncti suaderent, deligi oportere feminam nobilitate puerperiis sanctimonia insignem. nec diu anquirendum, quin Agrippina claritudine generis anteiret: datum ab ea fecunditatis experimentum et congruere artes honestas. id vero egregium, quod provisu deum vidua iungeretur principi sua tantum matrimonia experto. audivisse a parentibus, vidisse ipsos abripi coniuges ad libita Caesarum: procul id a praesenti modestia. statueretur immo documentum, quo uxorem imperator *a patribus* acciperet. at enim nova nobis in fratrum filias coniugia: sed aliis gentibus sollemnia, neque lege ulla prohibita; et sobrinarum diu ignorata tempore addito percre-

---

den Zorn der Götter. | 11. *obtestari* 'versichern, beteuern' mit Acc. c. inf. auch 14, 7 *iam iamque affore obtestans,* hist. 3, 10 *se moriturum* o., 4, 57, Val. Max. 6, 2, 8. *obtestans se adversus omne fas ac nefas a te equite Romano esse trucidatum.* | 14. *censoriae mentis.* Sueton bezeugt, daſs Claudius die Censur mit peinlicher Genauigkeit, doch nicht ohne sich lächerlich zu machen, geübt habe. Vitellius bezeichnet ihn hier als einen strengen Charakter altrömischen Gepräges. | 16. *non luxui* ctt. Doch war er nicht frei von gemeiner Sinnlichkeit, namentlich unmäſsig im Essen und gegen das Ende der Mahlzeit oft so betrunken, daſs er einschlief.

6. 1. *postquam* mit koordiniertem Perfekt und Imperfekt auch bei Klassikern. Vgl. 13, 25 *ubi ... pernotuit augebanturque iniuriae.* | *favorabilis* 'was Beifall findet oder erregt', ebenso 2, 36; hist. 2, 97; dial. 7, Velleius 2, 34, 40. | 3. *suadere* mit dem Gerundivum auch Cic. pro Arch. § 14 *nisi mihi suasissem (statuissem?) nihil esse magno opere expetendum nisi laudem atque honestatem.* | *deligi oportere*, über die Ellipse des Verbums *dicendi* s. Einl. § 21. | 4. Nach dem verneinten *anquirere* darf *quin* folgen, weil der Begriff des Zweifels darin liegt. Vgl. Quint. 4, 4, 4 *quin murum ascenderis, non quaeritur.* | 7. *provisu*, nur im Ablativ, ist *vox Tacitea,* auch Kap. 12; 1, 27; 15, 8 u. a. | *sua tantum* ctt. d. h. er habe sich mit seinen eigenen Frauen begnügt. | 8. *audivisse* bezieht sich auf Augustus, der im J. 38 sich von Ti. Nero die Livia abtreten lieſs. | *vidisse ipsos* 'sie hätten es selbst erlebt' nämlich unter Caligula, der den Ehebruch in der frechsten Weise betrieb. | 10. *modestia* 'Zucht und Ordnung, Sittlichkeit', s. zu 1, 9, 19. | 12. *coniugia in* wie Kap. 25 *adoptio in Domitium,* nach Analogie von 6, 27 *denupsit in domum Rubellii,* Cic. pro Cael. 14, 34; *cum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisses.* | 13. Vitellius meint, wenn auch nicht mit *consobrinae,* seien doch Verheiratungen

bruisse. morem accommodari, prout conducat, et fore hoc quoque in iis, quae mox usurpentur.

7 Haud defuere, qui certatim, si cunctaretur Caesar, vi acturos testificantes erumperent curia. conglobatur promisca multitudo populumque Romanum eadem orare clamitat. nec Claudius ultra exspectato obvius apud forum praebet se gratantibus, senatumque ingressus decretum postulat, quo iustae inter patruos fratrumque filias nuptiae etiam in posterum statuerentur. nec tamen repertus est nisi unus talis matrimonii cupitor, Alledius Severus eques Romanus, quem plerique Agrippinae gratia inpulsum ferebant. versa ex eo civitas et cuncta feminae oboediebant, non per lasciviam, ut Messalina, rebus Romanis inludenti. adductum et quasi virile servitium: palam severitas ac saepius superbia; nihil domi inpudicum, nisi dominationi expediret. cupido auri immensa obtentum habebat, quasi subsidium regno pararetur.

8 Die nuptiarum Silanus mortem sibi conscivit, sive eo usque spem vitae produxerat, seu delecto die augendam ad invidiam. Calvina soror eius Italia pulsa est. addidit Claudius sacra ex legibus Tulli regis piaculaque apud lucum Dianae per pontifices danda, inridentibus cunctis, quod poenae procurationesque incesti id temporis exquirerentur. at Agrippina, ne malis tantum facinoribus notesceret, veniam exilii pro Annaeo Seneca, simul praeturam impetrat, laetum in publicum rata ob claritudinem studiorum eius, utque Domitii pueritia tali magistro adolesceret et consiliis eiusdem ad spem domi-

---

mit *sobrinae* vorgekommen. Bei Liv. 42, 34, 3 heiratet jemand aber auch die consobrina. Ungesetzlich war dies nicht, sondern nur ungewöhnlich, nach Plutarch sogar durch Volksbeschlufs ausdrücklich gestattet.

7. 2. *erumperent curia.* Der Abl. wie hist. 1, 86 *erupisse cella,* Liv. 22, 60, 27 *e. castris*, Plin. nat. hist. 2, 52, 138 *e. terra.* | 3. *nec* = *et ... non* gehört seinem negativen Teile nach nur zu *exspectato*, nicht zum Hauptverbum wie 14, 58; hist. 1, 34; 3, 5; 4, 16 u. a. | 4. *exspectato.* Dieselbe Wendung 11, 26. | *apud* 'auf'. | 10. *ut Messallina.* Über diesen ganz unvermittelten Nom. mit *ut* s. zu 6, 17, 18. | 11. *adductus* 'straff, strenge', eine Metapher, die vom Straffziehen der Zügel (*adducere habenas*) entlehnt ist. Gegensatz *remissus* 'schlaff, lässig'. | 12. *nisi dominationi* ctt. Im folgenden wird erzählt, dafs sie sich dem Pallas preisgab, weil dieser ihr zum Throne verholfen. | 13. *cupido auri.* Auch in den folgenden Büchern wird ihre Habgier wiederholt bezeugt.

8. 3. *pulsa est.* 14, 12 berichtet Tacitus, dafs Junia Calvina später, nach dem Tode der Agrippina, aus der Verbannung zurückkehrte. | 4. *Tulli,* nämlich Hostilii. | *apud* 'in'. | Wo der Hain der Diana lag, ist unbekannt. Derjenige bei Aricia, drei Meilen von Rom an der Via Appia, scheint es nicht zu sein. | 7. Seneca war im J. 41 angeblich wegen Ehebruchs verbannt worden. | 10. *tali magistro.* Doch nach Sueton (Nero 52) verhinderte Agrippina, dafs Nero philosophische Studien machte, und Seneca entzog ihm die Kenntnis der alten Redner, *quo diutius in admiratione sui detineret.* Dadurch entging ihm vieles.

nationis uterentur, quia Seneca fidus in Agrippinam memoria beneficii et infensus Claudio dolore iniuriae credebatur.

Placitum dehinc non ultra cunctari, sed designatum con- 9
sulem Mammium Pollionem ingentibus promissis inducunt sententiam expromere, qua oraretur Claudius despondere Octaviam Domitio, quod aetati utriusque non absurdum et maiora patefacturum erat. Pollio haud disparibus verbis ac nuper Vitellius censet; despondeturque Octavia, ac super priorem necessitudinem sponsus iam et gener Domitius aequari Britannico studiis matris, arte eorum, quis ob accusatam Messalinam ultio ex filio timebatur.

Per idem tempus legati Parthorum ad expetendum, ut 10
rettuli, Meherdaten missi senatum ingrediuntur mandataque in hunc modum incipiunt: non se foederis ignaros nec defectione a familia Arsacidarum venire, sed filium Vononis, nepotem Phraatis accersere adversus dominationem Gotarzis nobilitati plebique iuxta intolerandam. iam fratres, iam propinquos, iam longius sitos caedibus exhaustos; adici coniuges gravidas, liberos parvos, dum socors domi, bellis infaustus ignaviam saevitia tegat. veterem sibi ac publice coeptam nobiscum amicitiam, et subveniendum sociis virium aemulis cedentibusque per reverentiam. ideo regum liberos obsides dari, ut, si domestici imperii taedeat, sit regressus ad principem patresque, quorum moribus adsuefactus rex melior adscisceretur.

Ubi haec atque talia dissertavere, incipit orationem Caesar 11
de fastigio Romano Parthorumque obsequiis seque divo Augusto adaequabat, petitum ab eo regem referens, omissa Tiberii memoria, quamquam is quoque miserat. addidit praecepta (etenim aderat Meherdates), ut non dominationem et

---

9. 2. *inducere* mit dem Infinitiv, s. Einl. § 79. | 3. *orare* mit dem Infinitiv, s. zu 11, 32, 10. | 4. *aetati*. Nero war zwölf, Octavia etwa neun Jahre alt. In diesem Alter wurden Kinder zuweilen schon verlobt. | *maiora*, eine prägnante Konstruktion statt *viam ad maiora*. | 6. *necessitudinem*. Claudius war Oheim der Agrippina und Stiefvater des Nero.

10. 2. rettuli, s. 11, 10. | 3. *foederis*. Im J. 20 v. Chr. baten die Parther um die Freundschaft des Augustus; 18 n. Chr. erneuerte Artabanus das Bündnis mit Tiberius, später auch mit Caligula. | 3. *defectione* 'auf Grund von, infolge', s. zu 3, 24, 15. | 4. Vonones war im J. 19 n. Chr. als römischer Gefangener auf seiner Flucht in Cilicien getötet. | 7. *longius sitos* 'die ferner stehenden' mit Rücksicht auf Verwandtschaft eine Erweiterung von Sall. H. 19 Kr., 61 D., 15 *socios amicos procul iuxta sitos*, vgl. hist. 2, 74 *procul vel iuxta sitas vires*. *situs* steht in solchen Verbindungen einfach für das Part. Praes. von *sum*.

11. 1. *dissertare*, auch 13, 38; hist. 4, 69, ist ein archaïstisches Wort. | 2. Von Augustus war Vonones, von Tiberius im J. 35 zuerst Phraates und nach dessen Tode in demselben Jahre Tiridates auf den parthischen Thron gesetzt. | 4. *miserat* sc. 'welche' s. zu 11, 24, 8. |

servos, sed rectorem et cives cogitaret, clementiamque ac iustitiam, quanto ignota barbaris, tanto laetiora capesseret. hinc versus ad legatos extollit laudibus alumnum urbis, spectatae ad id modestiae: ac tamen ferenda regum ingenia, neque usui crebras mutationes. rem Romanam huc satietate gloriae provectam, ut externis quoque gentibus quietem velit. datum posthac C. Cassio, qui Suriae praeerat, deducere iuvenem ripam ad Euphratis.

12 Ea tempestate Cassius ceteros praeminebat peritia legum: nam militares artes per otium ignotae, industriosque aut ignavos pax in aequo tenet. ac tamen quantum sine bello dabatur, revocare priscum morem, exercitare legiones, cura provisu perinde agere, ac si hostis ingrueret, ita dignum maioribus suis et familia Cassia *ratus* per illas quoque gentes celebrata. igitur excitis quorum de sententia petitus rex, positisque castris apud Zeugma, unde maxime pervius amnis, postquam inlustres Parthi rexque Arabum Acbarus advenerat, monet Meherdaten, barbarorum impetus acres cunctatione languescere aut in perfidiam mutari: ita urgeret coepta. quod spretum fraude Acbari, qui iuvenem ignarum et summam fortunam in luxu ratum multos per dies attinuit apud oppidum Edessam.

---

6. *cogitaret*, hier gebraucht wie *caedem*, *accusationem*, *dictaturas c.* u. s. w. 'auf etwas denken (im Sinne haben'), um es ins Werk zu setzen. | 7. *ignota*. Über den Positiv nach *quanto* s. Einl. § 97, b. | 8. *ad id* 'bis dahin', wie Kp. 38 *prosperis ad id rebus eius*; auch bei Livius z. B. 3, 22, 8 *ad id spectator pugnae*. Caesar sagt dafür *ad id tempus*. | 12. C. Cassius, dessen Bruder Lucius von Caligula getötet war, ist seit 45 Proprätor von Syrien und wird 65 von Nero verbannt. | *deducere* nach *datum*, wie 6, 12 *datoque negotio vera discernere*. | *ripam ad Euphratis*. Vgl. 11, 1 *contione in populi Romani*, 11, 28 *cubiculum per principis* und s. Einl. § 116, e.

12. 2. *industriosque aut ignavos* 'gleichviel ob strebsam oder schlaff', *aut* fast = *et*, wie 2, 47 *quique Mosteni aut Macedones Hyrcani vocantur*, 15, 47 *quia in utero repressum aut iter iuxta editum sit*, vgl. hist. 2, 46 *ut flexerat vultum aut induraverat Otho, clamor et gemitus*, Quint. 3, 5, 1 *omnis autem oratio constat aut ex iis quae significantur aut ex iis quae significant, id est rebus et verbis* und s. zu ann. 1, 16, 6. Durchaus irrig die Annahme, als ob durch einfaches oder doppeltes *aut* (auch in klassischer Prosa) nur Begriffe verbunden werden könnten, die sich gegenseitig ausschließen, s. Seyffert-Müller zu Lael. 21, 77 S. 470. | 4. Über *provisu* s. zu Kp. 6. | 6. Nach der *gens Cassia* sind namentlich mehrere Gesetze aus republikanischer Zeit benannt. — Nach dem Untergange des Crassus im J. 53 rettete C. Cassius (später gegen Caesar verschworen) den Rest des Heeres und schützte bis zum J. 51 Syrien gegen die Einfälle der Parther. | 8. Zeugma, von Seleucus Nicator gegründet, lag am rechten Ufer des mittleren Euphrat, Apamea gegenüber. Dort befand sich eine Schiffsbrücke. | 9. Über die Araber in Osroëne, östlich von Zeugma, s. zu 6, 44. | 10. *impetus* 'das erste Aufbrausen'. | 11. *ita* für *itaque* 'so — denn', vgl. 4, 15 u. a. | 13. Edessa, zehn Meilen östlich von Zeugma, ist

et vocante Carene promptasque res ostentante, si citi advenissent, non comminus Mesopotamiam, sed flexu Armeniam petivit, id temporis inportunam, quia hiems occipiebat.

13 Exin nivibus et montibus fessi, postquam campos propinquabant, copiis Carenis adiunguntur, tramissoque amne Tigri permeant Adiabenos, quorum rex Izates societatem Meherdatis palam induerat, in Gotarzen per occulta et magis fida inclinabat. sed capta in transitu urbs Ninos, vetustissima sedes Assyriae, *et* castellum insigne fama, quod postremo inter Darium atque Alexandrum proelio Persarum illic opes conciderant. interea Gotarzes apud montem, cui nomen Sanbulos, vota dis loci suscipiebat, praecipua religione Herculis, qui tempore stato per quietem monet sacerdotes, ut templum iuxta equos venatui adornatos sistant. equi ubi pharetras telis onustas accepere, per saltus vagi nocte demum vacuis pharetris multo cum anhelitu redeunt. rursum deus, qua silvas pererraverit, nocturno visu demonstrat, reperiunturque fusae passim ferae.

14 Ceterum Gotarzes, nondum satis aucto exercitu, flumine Corma pro munimento uti, et quamquam per insectationes et nuntios ad proelium vocaretur, nectere moras, locos mutare et missis corruptoribus exuendam ad fidem hostes emercari. ex quis Izates Adiabeno, mox Acbarus Arabum cum exercitu

---

die Hauptstadt von Osroëne. | 14. *Carenes* war Satrap von Mesopotamien. | 15. *comminus* 'direkt', die Ortsnähe im allgemeinen bezeichnend. | *flexus* 'Windung', hier 'der Umweg' wie Quintil. 2, 17, 29 *neque enim qui recta via depulsus est, reduci ad eam nisi alio flexu potest.* | 16. *id temporis* wie Kp. 8 und bekanntlich auch bei Cicero.

13. 1. *nivibus.* Schnee auf dem armenischen Hochlande wird auch von Xenophon erwähnt. | *campos propinquabant.* Der einmalige Akk. bei diesem Verbum (der Dat. z. B. 1, 63; 15, 39; hist. 2, 58) nach dem einmaligen Vorgange des Sall. hist. fr. 4, 20 Kr., 62 D. *tum vero Bithyni propinquantes iam amnem Tartanium.* | 3. *'Αδιαβηνή*, syrisch Hadiab, bildet etwa seit 50 v. Chr. bis zur Zeit der Sassaniden ein von den Parthern abhängiges Reich in Nord-Assyrien, südlich von den armenischen Gebirgen. Der König Izates war nach Josephus ein Jude und unter Claudius auf den Thron gelangt. | 4. *magis fida* vgl. 1, 57. Tac. vermeidet *fidior* und *infidior; minus fidus* hist. 3, 58 (*fidi magis* Sall. Cat. 22, 2). | 5. Ninos, das alte Ninivê, 606 von den Medern zerstört, war wohl zum Teil wieder aufgebaut. Südöstlich davon lag das Schlachtfeld von Gaugamela, wo Alexander 331 den Darius besiegt hatte. | 9. *Herculis.* Welche Gottheit gemeint sei, ist unklar; vielleicht der im westlichen Asien verehrte Sonnengott Sandan, von welchem sich die alten Könige von Sardes ableiteten. | 14. *nocturno visu* 'Traumgesicht', *visus* für *visum* wie hist. 4, 83 *nocturnos visus,* Liv. 8, 6, 11. | *fusae* in der Bedeutung von *prostratae* (niedergemacht, gestreckt) nach dem Vorgange Vergils Aen. 1, 192—193 *nec prius abstitit, quam septem ingentia victor corpora* (sc. *cervorum*) *fundat humi,* 11, 665. So hist. 4, 33 *fortissimus quisque e Batavis, quantum peditum erat, funduntur* (*conciduntur,* unnötige Konjektur von Halm).

14. 2. *insectationes* 'Neckereien'. | 4. *exuendam ad fidem* 'die Treue

abscedunt, levitate gentili, et quia experimentis cognitum est barbaros malle Roma petere reges quam habere. at Meherdates validis auxiliis nudatus, ceterorum proditione suspecta, quod unum reliquum, rem in casum dare proelioque experiri statuit. nec detrectavit pugnam Gotarzes deminutis hostibus ferox; concursumque magna caede et ambiguo eventu, donec Carenem profligatis obviis longius evectum integer a tergo globus circumveniret. tum omni spe perdita Meherdates, promissa Parracis paterni clientis secutus, dolo eius vincitur traditurque victori. atque ille non propinquum neque Arsacis de gente, sed alienigenam et Romanum increpans, auribus decisis vivere iubet, ostentui clementiae suae et in nos dehonestamento. dein Gotarzes morbo obiit, accitusque in regnum Vonones Medos tum praesidens. nulla huic prospera aut adversa quis memoraretur: brevi et inglorio imperio perfunctus est, resque Parthorum in filium eius Vologesen translatae.

15 At Mithridates Bosporanus amissis opibus vagus, postquam Didium ducem Romanum roburque exercitus abisse cognoverat, relictos in novo regno Cotyn iuventa rudem et paucas cohortium cum Iulio Aquila equite Romano, spretis utrisque concire nationes, inlicere perfugas; postremo exercitu coacto regem Dandaridarum exturbat imperioque eius potitur. quae ubi cognita et iam iamque Bosporum invasurus habebatur, diffisi propriis viribus Aquila et Cotys, quia Zorsines Siracorum rex hostilia resumpserat, externas et ipsi gratias quaesivere missis legatis ad Eunonen, qui Aorsorum genti praesidebat. nec fuit in arduo societas potentiam Romanam adversus

---

zu verleugnen'. | 6. *gentilis* 'einem Volke eigentümlich', wie Kp. 17 und 34. Vgl. zu 11, 1. | 19. *praesidere,* welches Tac. gewöhnlich mit dem Dativ konstruiert, hat den Accusativ auch Kp. 29; 3, 39; 4, 5. 72; nach dem Vorgange des Sallust Hist. 2, 34 Kr., 28 D. *Tiberium legatum praesidentem socios* und 3, 76 Kr., 66 D. *Avellanos praesidentis agros suos* (in der Bedeutung schützen).

15. 1. Das bosporanische Reich an der Nordküste des schwarzen Meeres, im fünften Jahrhundert v. Chr. aus griechischen Kolonieen hervorgegangen, kam 94 v. Chr. in den Besitz des Mithridates Eupator von Pontus, dessen Familie auch nach dem Verluste von Pontus den Thron von Bosporus behielt, aber von Rom abhängig war, bis das Reich am Ende des dritten Jahrh. von der Stadt Chersonesus auf der Krim unterworfen ward. Der hier erwähnte Mithridates ist 41 von Claudius auf den Thron gesetzt, dann von seinem eigenen Bruder Cotys in Rom verklagt und hat diesem die Herrschaft überlassen müssen. | 3. Die Römer unterstützten den Cotys mit einem Truppenkommando unter A. Didius Gallus, dem Julius Aquila folgt. | *paucas cohortium,* vgl. 3, 10 *paucis familiarium adhibitis*, 16, 18 *inter paucos familiarium Neroni adsumptus.* Genitiv partitivus nach falscher Analogie. | 6. *Dandaridarum.* Diese und die beiden folgenden Völker wohnten östlich vom asowschen Meere und waren vom Bosporus abhängig. | 7. *invasurus. Haberi* mit dem Nominat.

rebellem Mithridaten ostentantibus. igitur pepigere, equestribus proeliis Eunones certaret, obsidia urbium Romani capesserent.

Tunc composito agmine incedunt, cuius frontem et terga 16
Aorsi, media cohortes et Bosporani tutabantur nostris in armis. sic pulsus hostis, ventumque Sozam, oppidum Dandaricae, quod desertum a Mithridate ob ambiguos popularium animos obtineri relicto ibi praesidio visum. exin in Siracos pergunt, et transgressi amnem Pandam circumveniunt urbem Uspen, editam loco et moenibus ac fossis munitam, nisi quod moenia non saxo, sed cratibus et vimentis ac media humo adversum inrumpentes invalida erant; eductaeque altius turres facibus atque hastis turbabant obsessos. ac ni proelium nox diremisset, coepta patrataque expugnatio eundem intra diem foret.

Postero misere legatos, veniam liberis corporibus orantes; 17
servitii decem milia offerebant. quod aspernati sunt victores, quia trucidare deditos saevum, tantam multitudinem custodia cingere arduum: belli potius iure caderent, datumque militibus, qui scalis evaserant, signum caedis. excidio Uspensium metus ceteris iniectus, nihil tutum ratis, cum arma, munimenta, impediti vel eminentes loci amnesque et urbes iuxta perrumperentur. igitur Zorsines, diu pensitato, Mithridatisne rebus extremis an patrio regno consuleret, postquam praevaluit gentilis utilitas, datis obsidibus apud effigiem Caesaris procubuit magna gloria exercitus Romani, quem incruentum et victorem tridui itinere afuisse ab amne Tanai constitit. sed

---

c. infin. auch 4, 45, nach Sall. fr. 4, 56 Kr., 31 D. | 12. Der bloſse Konjunktiv nach *pepigere* wie nach *perpulerant* hist. 4, 20 steht in Anlehnung an die Verba des Forderns und Antreibens vgl. 2, 40 *hortatur, adeant,* 4, 74 *efflagitabant, facerent* u. a.

16. 2. *nostris in armis.* Die Bosporaner waren also, wie es bei verbündeten Barbaren vorkam, nach römischer Weise bewaffnet. | 4. *popularium* statt *populi*, im Gegensatze gegen die Fremden unter Mithridates. | 6. Der Fluſs Panda ist ebensowenig bekannt wie die Städte Soza und Uspe. | 7. *nisi quod* 'nur daſs, aber freilich' beschränkt nachträglich ein Urteil nach dem Vorgang von Cic. ad fam. 13, 1, 2 *cum Patrone Epicurio mihi omnia sunt, nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentio*, vgl. 1, 33 *ipsa Agrippina paulo commotior, nisi quod — animum in bonum vertebat;* 14, 14 *nisi quod merces* ctt. | 8. Die Ablativi *saxo* ctt. für *ex saxo* ctt. sind Ablative des Stoffes, über deren nicht seltenen, selbst klassischen Gebrauch s. zu 2, 33, 3. | *vimentum* statt *vimen.* | 9. *turres — turbabant*, eine Personifikation, wie Germ. 44 *prora paratam semper adpulsui frontem agit.* Öfter hat Tac. *nox* und *annus* personifiziert.

17. 1. *postero* ohne *die*, vgl. 4, 45 *cum postero ad quaestionem retraheretur.* | 7. *impediti vel eminentes loci.* Wie Kap. 12, 2 *aut*, so hier *vel* fast = *et*, vgl. 6, 38 *quin incerta vel abolita pro gravissimis et recentibus puniret*, 14, 7 *sive servitia armaret vel militem accenderet, sive ad senatum et populum pervaderet*, hist. 1, 62 *ut si adesset imperator et strenuis vel ignavis spem metumve adderet.* | 8. *pensitato* absoluter Ablativ wie 3, 52. |

in regressu dispar fortuna fuit, quia navium quasdam (quippe mari remeabant) in litora Taurorum delatas circumvenere barbari, praefecto cohortis et plerisque auxiliarium interfectis.

18 Interea Mithridates nullo in armis subsidio consultat, cuius misericordiam experiretur. frater Cotys, proditor olim, deinde hostis, metuebatur; Romanorum nemo id auctoritatis aderat, ut promissa eius magni penderentur. ad Eunonen convertit, propriis odiis *non* infensum et recens coniuncta nobiscum amicitia validum. igitur cultu vultuque quam maxime ad praesentem fortunam comparato regiam ingreditur genibusque eius provolutus 'Mithridates' inquit 'terra marique Romanis per tot annos quaesitus sponte adsum: utere, ut voles, prole magni Achaemenis, quod mihi solum hostes non abstulerunt.'

19 At Eunones claritudine viri, mutatione rerum et prece haud degeneri permotus, adlevat supplicem laudatque, quod gentem Aorsorum, quod suam dextram petendae veniae delegerit. simul legatos litterasque ad Caesarem in hunc modum mittit: populi Romani imperatoribus, magnarum nationum regibus primam ex similitudine fortunae amicitiam, sibi et Claudio etiam communionem victoriae esse. bellorum egregios fines, quotiens ignoscendo transigatur: sic Zorsini victo nihil ereptum. pro Mithridate, quando gravius mereretur, non po-

---

13. *quia* 'dadurch daß, indem' vgl. 14, 22; 16, 23 und s. zu 3, 9, 7. | *navium quasdam,* s. zu Kap. 15, 3. | 14. *Taurorum,* d. h. der Bewohner der Krim (Chersonesus Taurica). | 15. *interfectis* 'wobei getötet wurden', aoristisches Particip, wie Liv. 22, 41, 2 *ad mille et septingenti caesi non plus centum Romanorum sociorumque occisis.* S. Einl. § 110.

18. 3. *id auctoritatis* nach Analogie von *id aetatis, id temporis* gebildet. | 4. *convertere* als Intransitiv wie 3, 55 *ceteri ad sapientiora convertere.* | 5. *recens,* s. zu 11, 25, 12. | *propriis odiis non infensum* nach dem Vorgange Vergils Aen. 11, 122 *tum senior semperque odiis et crimine Drances infensus ... refert.* | 6. *cultu vultuque.* Sehr selten bildet Tacitus eine Paronomasie, eher noch eine Allitteration: Agr. 42 *famam fatumque provocabat,* hist. 1, 84 *vobis arma et animus sit.* | 7. Über *genibus provolutus* s. zu 11, 30, 2. | 10. Achaemenes war nach Herodot 7, 11 der Urgroßvater des Cyrus, und nach Justin 38, 7 stammte Mithridates Eupator, der Römerfeind, von väterlicher Seite aus demselben Hause. | *quod* sc. *prolem esse magni Achaemenis.* Es giebt viel auffälligere Beispiele eines solchen Neutrums, vgl. Cic. ad fam. 9, 1, 2 *ignoscunt mihi, revocant in consuetudinem pristinam teque, quod in eo permanseris, sapientiorem quam me dicunt fuisse* und s. zu ann. 6, 8, 2.

19. 2. *degeneri.* Vgl. Kp. 36 *ceterorum preces degeneres fuere ex metu.* | 3. Über *deligere* mit dem Dativ des Gerundivums s. Einl. § 109, b. | 6. *fortuna* 'die hohe Stellung', wie 11, 30; 13, 6 und öfter. | 8. *transigere* 'abschließen, ein Ende machen' ohne Accusativ, wie 2, 65; h. 3, 46; Agr. 34; Germ. 19. Bei Klassikern heißt *transigere cum aliquo* 'mit jemand ein Geschäft abschließen'. | 9. *quando gravius mereretur* 'da er härtere Strafe verdiente', wie *nihil, tale quid mereri,* vgl. das folgende

tentiam neque regnum precari, sed ne triumpharetur neve poenas capite expenderet.

At Claudius, quamquam nobilitatibus externis mitis, dubi- 20
tavit tamen, accipere captivum pacto salutis an repetere armis rectius foret. hinc dolor iniuriarum et libido vindictae adigebat: sed disserebatur contra suscipi bellum avio itinere, inportuoso mari; ad hoc reges feroces, vagos populos, solum frugum egenum, taedium ex mora, pericula ex properantia, modicam victoribus laudem ac multum infamiae, si pellerentur. quin arriperet oblata et servaret exulem, cui inopi quanto longiorem vitam, tanto plus supplicii fore. his permotus scripsit Eunoni, meritum quidem novissima exempla Mithridatem, nec sibi vim ad exsequendum deesse: verum ita maioribus placitum, quanta pervicacia in hostem, tanta beneficentia adversus supplices utendum; nam triumphos de populis regnisque integris acquiri.

Traditus posthac Mithridates vectusque Romam per Iunium 21
Cilonem, procuratorem Ponti, ferocius quam pro fortuna disseruisse apud Caesarem ferebatur, elataque vox eius in vulgum hisce verbis 'non sum remissus ad te, sed reversus: vel si non

---

Kap. Z. 10. | 10. *triumphari* als persönliches Passiv auch Germ. 37 *triumphati magis quam victi sunt*, nach dem Vorgange der Dichter, Verg. Aen. 6, 836 *triumphata Corintho,* Hor. C. 3, 3, 43 *triumphatis Medis.* | 11. *poenas expendere* wie Verg. Aen. 10, 669 (*me*) *talis voluisti expendere poenas.*

20. 1. *nobilitates* 'Notabilitäten, Fürsten', abstractum pro concreto. Vgl. *amicitia* 'Freunde' 2, 27. 77. So auch Suet. Tib. 51 *omnes amicitias et familiaritates* 'alle Freunde'. S. Einl. § 2. — *mitis* c. Dat., vgl. Agr. 16 *paenitentiae mitior,* ann. 14, 23 *inmitis iis, qui . . insederant,* Liv. 21, 20, 8 *ne illi quidem ipsi satis mitem gentem fore,* 33, 21, 5 *comis uxori ac liberis . . . mitis ac munificus amicis fuit,* ann. 11, 21 *adrogans minoribus*, wo Nipperdey-Andresen zu vgl. und das 2. Liviuscitat zu korrigieren ist. | 3. *hinc* 'auf dieser (der einen) Seite' dem *contra* entgegengesetzt. | 4. *inportuosus,* auch 4, 67 und Sall. Jug. 17. | 5. *ad hoc* 'dazu noch' wie Kp. 34; 15, 4 und besonders bei Sallust und Livius. | 6. *properantia* wie Sall. Jug. 36 statt *properatio.* | 7. *quin arriperet* 'er solle (doch) ja . . .', in direkter Rede *quin arripe* nach klassischem Gebrauch, vgl. hist. 3, 66 *quin . . in audaciam accingeretur.* | 8. *servaret* 'und ihm das Leben schenken'. | 10. *novissima exempla* 'die schwersten Strafen'. Ebenso 15, 44. Vgl. 14, 44 *habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum.* Vgl. Caes. b. g. 1, 31, 12 *omnia exempla cruciatusque edere*, Cic. Phil. 14, 3, 8 *optimos viros . . . crudelissimis exemplis interemit. exempla* ursprünglich Strafexempel, dann Strafen, dann schliefslich die praktische Behandlungsweise der *iura.* Vgl. 1, 38, 4.

21. 2. Cilo (oder Chilo) ward von den Bithyniern, deren Land er nebst dem Pontus verwaltete, wegen Bestechlichkeit angeklagt, aber von Claudius, den Narcissus belogen hatte, freigesprochen. Vgl. Dio 60, 33. | 4. *reversus.* 'Das Perfekt *reversus sum* statt *reverti* findet sich bei Nepos Them. 5, 2, dann erst bei Velleius 2, 42, 3 und öfter im silbernen Zeitalter, während das Participium *reversus* Cicero und Caesar haben (Tac. 1, 68; 12, 27; Dial. 36). Tac. hat hier die deponentische Form wahrscheinlich nur wegen der Verbindung mit *sum remissus*, sonst gebraucht

credis, dimitte et quaere.' vultu quoque interrito permansit, cum rostra iuxta custodibus circumdatus visui populo praeberetur. consularia insignia Ciloni, Aquilae praetoria decernuntur.

22 Isdem consulibus atrox odii Agrippina ac Lolliae infensa, quod secum de matrimonio principis certavisset, molitur crimina et accusatorem, qui obiceret Chaldaeos, magos interrogatumque Apollinis Clarii simulacrum super nuptiis imperatoris. exin Claudius inaudita rea multa de claritudine eius apud senatum praefatus, sorore L. Volusii genitam, maiorem ei patruum Cottam Messalinum esse, Memmio quondam Regulo nuptam (nam de Gai Caesaris nuptiis consulto reticebat), addidit perniciosa in rem publicam consilia et materiem sceleri detrahendam: proin publicatis bonis cederet Italia. ita quinquagiens sestertium ex opibus immensis exuli relictum. et Calpurnia inlustris femina pervertitur, quia formam eius laudaverat princeps, nulla libidine, sed fortuito sermone, unde ira Agrippinae citra ultima stetit. in Lolliam mittitur tribu-

---

er *reverti* (hist. 2, 15; 3, 56).' Nipperdey-Andresen. | 7. *consularia insignia.* Dafs Claudius einem Prokurator diese Insignien erteilte, wird von Sueton (Kp. 24) als etwas Ungewöhnliches bezeichnet. Ebenso leichtfertig gewährte er die Insignien des Triumphes. — Übrigens ward Mithridat später in die verunglückte Empörung des Nymphidius Sabinus, Präfekten der Prätorianer, gegen Galba verwickelt und mit dem Tode bestraft. Plut. Galba 15.

22. 1. *atrox* mit dem Genetiv nach Analogie von *ferox, constans, modicus* u. a. Vgl. Einl. § 44, b. — Lollia Paulina, Tochter des Konsulars M. Lollius, war dem Claudius von seinem Freigelassenen Callistus zur Gemahlin empfohlen worden. | 3. Chaldäer oder Mathematiker sind Astrologen; die Magier waren als Wahrsagèr und Zauberer berüchtigt. | *obiceret Chaldaeos, magos* würde verständlich sein, auch wenn nicht gewissermafsen zur Korrektur bez. Ergänzung *interrogatumque simulacrum* folgte. Ebenso beispielsweise hist. 4, 57 *Galbam et infracta tributa hostiles spiritus induisse,* hist. 5, 25 *respicerent Raetos Noricosque et ceterorum onera sociorum.* Ähnlich in unserm Kap. *addidit perniciosa consilia et materiem sceleri detrahendam.* Einfacher, wenn die Ergänzung aus dem ersten Gliede zu entnehmen ist, wie z. B. 11, 34 *cum ad memoriam coniugii et infantiam liberorum (= ad mem. infantiae) revolveretur,* 13, 25 *ludicram quoque licentiam et fautores histrionum (= licentiam fautorum) velut in proelia convertit.* | 4. Zu Clarus bei Kolophon in Ionien war ein uraltes Orakel des Apollo, angeblich von Manto, der Tochter des Tiresias, gestiftet. | 6. L. Volusius, Sohn des im J. 20 n. Chr. verstorbenen gleichnamigen Konsulars, war schon im J. 3 n. Chr. Konsul gewesen und starb 57 in einem Alter von 93 Jahren. | 7. Cotta Messalinus, Sohn des Redners Messalla Corvinus, war ein Freund des Tiberius und gefährlicher Ankläger; im J. 32 selbst angeklagt, ward er von Tiberius freigesprochen. — Memmius Regulus, im J. 31 Konsul, später Statthalter von Mösien, Macedonien und Achaja, starb 61. Über ihn sagt Tacitus 14, 47: *auctoritate constantia fama — clarus.* | 8. *reticebat.* Er sprach nicht davon, weil Caligula die Lollia dem Memmius geraubt, geheiratet und bald darauf verstofsen hatte. | 12. Calpurnia ward von Nero nach dem Tode der Agrippina im J. 59 aus der Verbannung zurückgerufen. | 14. *citra ultima*

nus, a quo ad mortem adigeretur. damnatus et lege repetundarum Cadius Rufus accusantibus Bithynis.

Galliae Narbonensi ob egregiam in patres reverentiam 23 datum, ut senatoribus eius provinciae non exquisita principis sententia, iure quo Sicilia haberetur, res suas invisere liceret. Ituraeique et Iudaei defunctis regibus Sohaemo atque Agrippa provinciae Suriae additi. Salutis augurium quinque et septuaginta annis omissum repeti ac deinde continuari placitum. et pomerium urbis auxit Caesar, more prisco, quo iis, qui protulere imperium, etiam terminos urbis propagare datur. nec tamen duces Romani, quamquam magnis nationibus subactis, usurpaverant, nisi L. Sulla et divus Augustus.

Regum in eo ambitio vel gloria varie vulgata; sed initium 24 condendi, et quod pomerium Romulus posuerit, noscere haud absurdum reor. igitur a foro boario, ubi aereum tauri simulacrum aspicimus, quia id genus animalium aratro subditur, sulcus designandi oppidi coeptus, ut magnam Herculis aram amplecteretur; inde certis spatiis interiecti lapides per ima montis Palatini ad aram Consi, mox curias veteres, tum ad

---

stetit 'kam diesseits des Äufsersten zum Stillstand', 'schritt nicht bis zum Äufsersten', nach Ovid tr. 2, 127 *vita data est citraque necem tua constitit ira.* | 16. Cadius Rufus, Prokonsul von Pontus und Bithynien, im J. 69 von Kaiser Otho begnadigt.

23. Seit Augustus durften die Senatoren ohne Urlaub des Kaisers nicht Italien verlassen; nur Sicilien war ihnen gestattet. Vgl. Dio 52, 42. | 2. *eius provinciae* d. h. römische Senatoren, die aus jener Provinz stammten. | 3. *iure quo* statt *eodem iure quo,* wie 2, 63 *abiturum fide qua venisset*, 67 *exemplo quo.* | 4. Ituraea (Jetur oder Gessur) lag im nördlichsten Teil von Palästina. Caligula hatte es dem Sohaemus gegeben. Das übrige Palästina (hier Judäa genannt) stand seit Claudius unter Herodes Agrippa, dem Enkel Herodes des Grofsen, der aber schon 44 gestorben war. Beide Länder kamen jetzt unter kaiserliche Prokuratoren, die dem Proprätor von Syrien untergeordnet waren. | 5. Durch das *augurium salutis* (τὸ οἰώνισμα τῆς ὑγιείας) ward in Friedenszeit erforscht, ob es den Göttern gefalle, dafs man für das Wohl des Volkes öffentliche Gebete abhalte. Als Augustus im J. 29 zum ersten Male den Janustempel schlofs, war dies Augurium zuletzt angestellt worden. Nunmehr sollte es also jährlich stattfinden (*continuari*). | 7. *pomerium.* Die Stadt zu erweitern war Claudius nach altem Herkommen berechtigt, weil unter ihm der südliche Teil von Britannien erobert war. Über die Bedeutung des Wortes s. Liv. 1, 44. | *auxit* 'erweiterte', wie Liv. a. a. O.

24. 2. Das Pomerium des Romulus, die alte Roma Quadrata einschliefsend, zog sich im Viereck um den palatinischen Hügel. | 3. Das *forum boarium* lag zwischen dem Palatium und dem Tiber. | 5. *sulcus designandi oppidi* ('die zur Abgrenzung der Stadt dienende Furche') s. zu 11, 3, 5. Den Etruskern folgend, sagt Cato: *qui urbem novam condet, tauro et vacca aret; ubi araverit, murum faciat; ubi portam vult esse, aratrum sustollat et portet et portam vocet.* — Der grofse Altar des Hercules stand am Südende des *Forum boarium* vor dem Circus maximus. | 7. *Consus* ist ein altrömischer Gott, dessen Bedeutung unklar ist und

sacellum Larum, inde forum Romanum; forumque et Capitolium non a Romulo, sed a Tito Tatio additum urbi credidere. mox pro fortuna pomerium auctum. et quos tum Claudius terminos posuerit, facile cognitu et publicis actis perscriptum.

25 C. Antistio M. Suillio consulibus adoptio in Domitium auctoritate Pallantis festinatur, qui obstrictus Agrippinae ut conciliator nuptiarum et mox stupro eius inligatus, stimulabat Claudium, consuleret rei publicae, Britannici pueritiam robore circumdaret: sic apud divum Augustum, quamquam nepotibus subnixum, viguisse privignos; a Tiberio super propriam stirpem Germanicum adsumptum: se quoque accingeret iuvene partem curarum capessituro. his evictus triennio maiorem natu Domitium filio anteponit, habita apud senatum oratione in eundem, quem a liberto acceperat, modum. adnotabant periti nullam antehac adoptionem inter patricios Claudios reperiri, eosque ab Atto Clauso continuos duravisse.

26 Ceterum actae principi grates, quaesitiore in Domitium adulatione; rogataque lex, qua in familiam Claudiam et nomen Neronis transiret. augetur et Agrippina cognomento Augustae. quibus patratis nemo adeo expers misericordiae fuit, quem non Britannici fortuna maerore adficeret. desolatus paulatim etiam servilibus ministeriis puer intempestiva novercae officia in ludibrium vertebat, intellegens falsi. neque enim segnem ei

---

dem im Monat August die Consualia gefeiert wurden. Sein Altar lag südlich am Palatium; an der Ostseite des Hügels lagen die *Curiae veteres.* | Nach *mox* und *inde* ist natürlich *ad* zu ergänzen, s. zu 2, 68, 3. | 8. Das *sacellum Larum* lag an der Nordostseite. | 10. *pomerium auctum*, in der Königszeit am meisten von Servius, der den Quirinalis, Viminalis und auch wohl den Esquilinus hinzufügte. Claudius schlofs den Aventinus mit ein.

25. 1. C. Antistius ist der Sohn des gleichnamigen Konsuls vom Jahre 23. Vgl. 4, 1. | M. Suillius ist der Sohn des Publius, des Günstlings; s. zu 11, 1. | *adoptio in Domitium*, vgl. zu Kp. 6 *coniugia in.* | 2. Zur transitiven Bedeutung von *festinare* vgl. 11, 37 *ni caedem properavisset.* | 3. *stupro* Abl., s. zu 6, 32, 7. | 4. *robore circumdaret*, 'er solle eine kräftige Stütze verleihen'. | 6. *privignos*, nämlich die Söhne der Livia, Tiberius und Drusus. | *propriam stirpem*, den jüngeren Drusus, der im J. 23 vergiftet war. | 10. *adnotabant periti* ('Sachkundige') wie Agr. 22, hist. 3, 38. | 11. *patricios.* Es gab nämlich auch plebejische Claudier, die Marceller. | 12. Über die Einwanderung des Attus (oder Atta) Clausus s. zu 4, 9.

26. 2. *lex*, nämlich *curiata.* Es ist dies eine sogenannte *arrogatio.* So hiefs die Adoption derjenigen, die nicht unter väterlicher Gewalt standen, was bei Nero zutraf, da sein Vater tot war. | 3. *augere*, 'heben, auszeichnen, ehren', die Steigerung des Ansehens, der Macht bezeichnend, wie 6, 8 *honoribus augebantur.* | 5. *desolatus* 'verlassen', s. zu 1, 30, 12. | 6. *intempestiva* 'übel angebracht'.

fuisse indolem ferunt, sive verum, seu periculis commendatus retinuit famam sine experimento.

Sed Agrippina, quo vim suam sociis quoque nationibus 27 ostentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci impetrat, cui nomen inditum e vocabulo ipsius. ac forte acciderat, ut eam gentem Rhenum transgressam avus Agrippa in fidem acciperet.

Isdem temporibus in superiore Germania trepidatum adventu Chattorum latrocinia agitantium. dein P. Pomponius legatus auxiliares Vangionas ac Nemetas, addito equite alario, *inmisit*, monitos ut anteirent populatores vel dilapsis inprovisi circumfunderentur. et secuta consilium ducis industria militum, divisique in duo agmina, qui laevum iter petiverant, recens reversos praedaque per luxum usos et somno graves circumvenere. aucta laetitia, quod quosdam e clade Variana quadragensimum post annum servitio exemerant.

At qui dextris et propioribus compendiis ierant, obvio 28 hosti et aciem auso plus cladis faciunt, et praeda famaque onusti ad montem Taunum revertuntur, ubi Pomponius cum legionibus opperiebatur, si Chatti cupidine ulciscendi casum pugnae praeberent. illi metu, ne hinc Romanus, inde Cherusci, cum quis aeternum discordant, circumgrederentur, legatos in

---

27. 2. *oppidum Ubiorum* ist Köln. | 3. Über *impetrare* mit Accus. c. inf. s. Einl. § 80. | *vocabulum* von Eigennamen häufig bei Tac. (vgl. z. B. Kp. 62. 66; 13, 12; 14, 15) nach dem Vorgang des Sallust hist. 2, 4 Kr., 2 D. *Sardus Sardiniam occupavit et ex suo vocabulo insulae nomen dedit.* Vorbereitet ist dieser Gebrauch des Wortes bereits durch Cic. de div. 1 § 2 *Chaldaei non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati.* | 7. Die Chatten wohnten im heutigen Hessen. — P. Pomponius, der vom J. 31 bis 37 wegen seiner Freundschaft mit Sejan gefangen safs, hatte Tragödien geschrieben. Vgl. 11, 13 *is carmina scaenae dabat,* 5, 8 *multa morum elegantia et ingenio inlustri.* | 8. Die Vangionen und Nemeter, suebische Stämme, wohnten in der heutigen Rheinpfalz. — Accusative mit der Endung *as* statt *es* bildet Tacitus, wie Caesar und Livius, öfter: *Brigantas, Siluras, Ordovicas, Lingonas*, auch *rhetoras* dial. 35 (Sirker: Formenlehre p. 18). | 11. *divisique qui*, Appositio distributiva. *At qui* (Kp. 28) folgt anakoluthisch. | *recens reversos*, s. zu 11, 25, 12.

28. 2. In *praeda famaque onusti* liegt ein ähnliches Zeugma wie Germ. 7 *cibos et hortamina gestant.* | 4. *si* 'ob etwa, für den Fall dafs', wie 4, 49 *exercitum ostendit, si barbari proelium auderent,* 1, 48 und öfter. So bekanntlich schon bei Klassikern, z. B. Caes. B. G. 2, 9, 1 *hanc si nostri transirent, hostes exspectabant.* | *ulciscendi* ohne Objekt, wie Cic. p. Sestio 12, 28 *venisse tempus ulciscendi* (wo man fälschlich *se* oder *sui* hinzugefügt hat). | *casum* statt *occasionem*, auch Kp. 50 und öfter, aber erst in den Annalen, s. 1, 13, 9 *si casus daretur.* | 6. *cum quis* hat Tac. nur hier, sonst *cum quibus.* | *aeternum* als Adverb nur noch 3, 26 nach dem Vorgang Vergils (Aen. 11, 97—98 *salve aeternum mihi, maxime Palla, aeternumque vale.*) | Die Cherusker, durch den Harz (Bacenis) von den Chatten getrennt, müssen ihre Macht gegen das Jahr 90 den Chatten abtreten.

urbem et obsides misere; decretusque Pomponio triumphalis honos, modica pars famae eius apud posteros, in quis carminum gloria praecellit.

29 Per idem tempus Vannius Suebis a Druso Caesare inpositus pellitur regno, prima imperii aetate carus acceptusque popularibus, mox diuturnitate in superbiam mutans et odio accolarum, simul domesticis discordiis circumventus. auctores fuere Vibilius Hermundurorum rex et Vangio ac Sido sorore Vannii geniti. nec Claudius, quamquam saepe oratus, arma certantibus barbaris interposuit, tutum Vannio perfugium promittens, si pelleretur; scripsitque Palpellio Histro, qui Pannoniam praesidebat, legionem ipsaque e provincia lecta auxilia pro ripa componere, subsidio victis et terrorem adversus victores, ne fortuna elati nostram quoque pacem turbarent. nam vis innumera, Lugii aliaeque gentes, adventabant, fama ditis regni, quod Vannius triginta per annos praedationibus et vectigalibus auxerat. ipsi manus propria pedites, eques e Sarmatis Iazygibus erat, impar multitudini hostium, eoque castellis sese defensare bellumque ducere statuerat.

30 Sed Iazyges obsidionis impatientes et proximos per campos vagi necessitudinem pugnae attulere, quia Lugius Hermundurusque illuc ingruerant. igitur degressus castellis Vannius funditur

---

29. 1. Vannius, ein Fürst der Quaden, hatte im J. 19 n. Chr. ein kleines Reich erhalten, welches auf dem linken Donauufer zwischen der March und dem Cusus lag. Vgl. 2, 63. Das Reich hielt sich bis zum J. 100. | 2. *carus acceptusque* nach Sall. Jug. 12, 3; 108, 1. (70, 2); Liv. 35, 15. Danach scheint *clarus* in der Hdschr. ein Versehen. | 3. *mutans* intransitiv, s. zu 2, 23, 13. | 5. Vibilius hatte schon im J. 19 den Catualda, von welchem Marbod verjagt war, genötigt, Zuflucht bei den Römern zu suchen, die ihm Forum Julium in Gallien zum Aufenthalt anwiesen. | Die Hermunduren wohnten im nordöstlichen Bayern. | 8. Palpellius war *legatus pro praetore* von Pannonien und war 43 n. Chr. Konsul gewesen. | 9. Über den Accusativ bei *praesidere* s. zu Kap. 14. | 10. *pro ripa* 'vorne auf dem Ufer' der Donau. Vgl. Kp. 33 *pro munimentis*, 15, 3 und öfter. | Der bloſse Infinitiv *(componere)* nach *scribere* hier und 15, 25 *scribitur tetrarchis — iussis Corbulonis obsequi*, nach Analogie der Verba in § 79 der Einl. | Die Abwechselung der Casus *(subsidio — terrorem)* ähnlich wie Kp. 32 *subsidium adversus rebelles et inbuendis sociis ad officia legum;* Germ. 46 *vestitui pelles, cubile humus.* | 12. Die *Lugii* sind ein weit verbreiteter Stamm zwischen der oberen Oder und Weichsel. | *fama* 'ob — infolge', s. zu 3, 24, 15. | 14. *ipsi manus propria pedites . . . erat, impar* 'seine Macht bestand in Fuſsvolk aus den eigenen Landen . . . die aber nicht gewachsen war'. Subjekt ist *manus*, dazu die Appositio distributiva *pedites . . . equites,* in der sich *propria* und *e Sarmatis Jazygibus* entsprechen; *impar* geht natürlich auf das Subjekt zurück. | 15. Die Jazugen (oder Jazygen) sind ein sarmatisches Volk in der Theis-Ebene zwischen Pannonien und Dacien. Jazygien heiſst noch jetzt eine ungarische Landschaft östlich von Pesth.

30. 3. *illuc ingruerant* wie hist. 4, 18 *illuc incubuere Germani; illuc = in illos,* vgl. Caes. B. C. 3, 4, 6 *huc (= ad eos) Dardanos . . .*

proelio, quamquam rebus adversis laudatus, quod et pugnam manu capessivit et corpore adverso vulnera excepit. ceterum ad classem in Danuvio opperientem perfugit; secuti mox clientes et acceptis agris in Pannonia locati sunt. regnum Vangio ac Sido inter se partivere, egregia adversus nos fide, subiectis, suone an servitii ingenio, dum adipiscerentur dominationis, multa caritate, et maiore odio, postquam adepti sunt.

31 At in Britannia P. Ostorium pro praetore turbidae res excepere, effusis in agrum sociorum hostibus eo violentius, quod novum ducem exercitu ignoto et coepta hieme iturum obviam non rebantur. ille gnarus primis eventibus metum aut fiduciam gigni, citas cohortes rapit, et caesis qui restiterant, disiectos consectatus, ne rursus conglobarentur infensaque et infida pax non duci, non militi requiem permitteret, detrahere arma suspectis cunctaque castris Avonam *inter* et Sabrinam fluvios cohibere parat. quod primi Iceni abnuere, valida gens nec proeliis contusi, quia societatem nostram volentes accesserant. hisque auctoribus circumiectae nationes locum pugnae delegere, saeptum agresti aggere et aditu angusto, ne pervius equiti foret. ea munimenta dux Romanus, quamquam sine robore legionum sociales copias ducebat, perrumpere adgreditur et distributis cohortibus turmas quoque peditum ad munia

---

adiecerat, Cic. de fin. 5, 2, 6 *sed audistine modo de Carneade? rapior illuc.* Das Pronominaladverb (*ibi, ubi, eo, quo, huc, illuc, inde, unde* u. a.) wird von den Komikern besonders, aber auch sonst aller Orten als *terminus in quo, ad quem, a quo* gebraucht, s. Naegelsbach-Müller, Lat. Stil.[8] S. 339—341. | 6. *classem.* Aufser Pannonien hatte auch Mösien eine römische Flotte auf der Donau. | 8. *Sido* war ein Schwestersohn des Vannius und von quadischem Stamme. | *partivere.* Das Aktiv *partire* ist unklassisch, doch auch bei Sall. Jug. 43, 1 *provincias inter se partiverant.* Klassiker haben sonst nur das Particip *partitus* im passiven Sinne, Cicero auch *partitur* (or. 56, 188). | 9. *dominationis*, vgl. 6, 45 *dominationis apisceretur,* 3, 55 *rerum adeptus est.* | 10. *multa caritate* statt *carissimi.* Davon hängt der Dativ *subiectis* ab. | *maiore,* nämlich als ihre Beliebtheit gewesen war. Für die Ablative vgl. Liv. 1, 54, 4, *tanta caritate esse,* Nep. Eum. 7, 2 *minore se invidia fore*, Epam. 2, 1 *non minore fuit gloria,* Caelius ad fam. 8, 2, 1 *maiore esse periculo* und ebenso Nep. Dion. 2, 4, Dat. 5, 3; Cic. ad fam. 4, 15, 2 *ne quo periculo te proprio existimares esse*, Liv. 23, 49, 2 *ut publico periculo essent.*

31. 1. Ostorius, im J. 46 Konsul, war schon seit 47 Statthalter von Britannien. | 3. Über *et* s. zu 1, 55, 3. | 4. *gnarus* ctt. Derselbe Gedanke hist. 2, 20 *gnarus ut initia belli provenissent, famam in cetera fore.* Ähnlich Agr. 18 *non ignarus instandum famae ac, prout prima cessissent, terrorem ceteris fore.* | 5. *rapit.* Vgl. 1, 56 *expeditum exercitum in Chattos rapit,* 4, 25 *cito agmine rapiuntur.* S. zu 1, 56. | 8. Die Avona (Avon) fliefst in die Sabrina (Severn), und letztere ergiefst sich in den Golf von Bristol. Zwischen beiden Flüssen sollte ein befestigtes Lager angelegt werden. | 9. Die Icener wohnten östlich nach der Küste der Nordsee zu. | 10. *contusi* 'gelähmt, gebrochen', wie 4, 46. | Über *accedere* mit dem Accusativ, welches Tac. in den gröfseren Werken nach Nepos

accingit. tunc dato signo perfringunt aggerem suisque claustris impeditos turbant. atque illi conscientia rebellionis et obsaeptis effugiis multa et clara facinora fecere, qua pugna filius legati M. Ostorius servati civis decus meruit.

32 Ceterum clade Icenorum compositi, qui bellum inter et pacem dubitabant; et ductus inde Ceangos exercitus. vastati agri, praedae passim actae, non ausis aciem hostibus, vel si ex occulto carpere agmen temptarent, punito dolo. iamque ventum haud procul mari, quod Hiberniam insulam aspectat, cum ortae apud Brigantas discordiae retraxere ducem, destinationis certum, ne nova moliretur nisi prioribus firmatis. et Brigantes quidem, paucis, qui arma coeptabant, interfectis, in reliquos data venia, resedere: Silurum gens non atrocitate, non clementia mutabatur, quin bellum exerceret castrisque legionum premenda foret. id quo promptius eveniret, colonia Camulodunum valida veteranorum manu deducitur in agros captivos, subsidium adversus rebelles et inbuendis sociis ad officia legum.

33 Itum inde in Siluras, super propriam ferociam Carataci viribus confisos, quem multa ambigua, multa prospera extulerant, ut ceteros Britannorum imperatores praemineret. sed tum

---

(Hann. 8, 1), Varro (de re rust. 1, 7, 8) und Sallust (z. B. Jug. 20, 3) gebraucht, s. Einl. § 25, c. | 18. Der Plural *effugia* wie 3, 42. | *clara facinora fecere*, Figura etymologica, s. 15, 55. | 19. Der junge Ostorius wird im J. 66 bei Nero des Hochverrats verdächtigt und tötet sich.

32. 1. *bellum inter.* Über die Anastrophe s. Einl. § 116, b. | 2. *Ceangos.* Der Name nach CIL. VII 1204 u. f. Über den blofsen Acc. der Richtung s. zu Kap. 51 *Hiberos — pervadit* und 2, 59, 1 *Aegyptum proficiscitur.* Vgl. Curt. 9, 8, 11 *inde Praestos perventum est.* (Landgraf: Archiv f. lat. Lex. X 3 S. 397). | 3. *non ausis aciem hostibus.* Die Verwendung des Part. perf. eines transitiven Desponens beim Abl. abs. ist der klassischen Prosa fremd und scheint zuerst bei Hor. c. 3, 3, 17 *gratum elocuta Iunone* vorzukommen. Bei Tac. noch hist. 2, 11 *transgresso iam Alpes Caecina* und 2, 45; ann. 13, 43 *Nerullinum adgressis accusatoribus* und 6, 17; 11, 25. Heraeus zu hist 4, 70 *secutis Tribocis.* | 5. *aspectat* nach Verg. Aen. 1, 420 *collem, qui plurimus urbi imminet adversusque aspectat desuper arces.* | 6. Die Briganten wohnten gegen Norden, bis nach Schottland hinein. | 7. *certus* mit dem Genetiv, wie Kap. 66 *sceleris olim certa*, s. 4, 34, 7. | 8. *in reliquos.* Die Präposition bezeichnet die Verteilung. S. zu 1, 55, 4 *dissidere in.* | 9. Die Siluren wohnten im südlichen Wales. | *non mutabatur, quin* ('sondern'), vgl. Cic. de lege agr. 2, 7, 19 *nemo imminuit, nemo mutavit, quin ei . . . acciperent beneficium*, de nat. deor. 2, 20, 52 *(Saturni stella) nihil immutat sempiternis saeclorum aetatibus, quin eadem isdem temporibus efficiat.* | 12. Camulodunum (oder Camalodunum), so genannt nach dem keltischen Kriegsgott Camulus, ist das heutige Colchester. | *valida veteranorum manu* 'vermittelst —', also Abl. instr. (nicht qual., wie Pfitzner meint). | 13. *subsidium — inbuendis sociis*, vgl. Kp. 29 *subsidio — terrorem.*

33. 1. Caratacus kämpfte schon im J. 43 im Südosten Englands, wo Camulodunum seine Residenz war, gegen den Konsularen A. Plautius und gegen den Kaiser, der sechzehn Tage lang auf der Insel verweilte.

astu, locorum fraude prior, vi militum inferior, transfert bellum in Ordovicas, additisque qui pacem nostram metuebant, novissimum casum experitur, sumpto ad proelium loco, ut aditus, abscessus, cuncta nobis inportuna et suis in melius essent, hinc montibus arduis, et si qua clementer accedi poterant, in modum valli saxa praestruit. et praefluebat amnis vado incerto, catervaeque armatorum pro munimentis constiterant.

Ad hoc gentium ductores circumire, hortari, firmare ani- 34
mos minuendo metu, accendenda spe aliisque belli incitamentis. enimvero Caratacus huc illuc volitans illum diem, illam aciem testabatur aut reciperandae libertatis aut servitutis aeternae initium fore; vocabatque nomina maiorum, qui dictatorem Caesarem pepulissent, quorum virtute vacui a securibus et tributis intemerata coniugum et liberorum corpora retinerent. haec atque talia dicenti adstrepere vulgus, gentili quisque religione obstringi, non telis, non vulneribus cessuros.

Obstupefecit ea alacritas ducem Romanum; simul obiectus 35
amnis, additum vallum, inminentia iuga, nihil nisi atrox et propugnatoribus frequens terrebat. sed miles proelium poscere, cuncta virtute expugnabilia clamitare; praefectique *et* tribuni paria disserentes ardorem exercitus intendebant. tum Ostorius, circumspectis quae inpenetrabilia quaeque pervia, ducit infensos

---

Sein Bruder Togodumnus war in jenem Kriege gefallen. | 4. *astu* 'klüglich' (fast adverbiell wie 2, 64, hist. 1, 58) mit *transfert bellum* zu verbinden. | *locorum fraude* 'Tücke des Terrains' geht auf die Täuschungen, denen die Römer durch ihre Unkenntnis der Gegend ausgesetzt waren. So zuerst bei Verg. Aen. 9, 397 *fraude loci et noctis,* Ovid tr. 4, 2, 33 *fraude locorum,* Curtius 5, 5, 1 *locorum fraude,* 7, 7, 34 *locorum fraude deceptis.* | 5. Die *Ordovices* sollen im Norden von Wales gewohnt haben. | *pacem nostram* ctt., an Übelthäter und Empörer ist zu denken. | 8. *montibus arduis* ist absoluter Ablativ. Man braucht also nicht, wie Ritter, eine Lücke zu statuieren und *munitus* ergänzen. | *clementer*, vom Terrain gebraucht, wie hist. 3, 52 *si qua Appennini iuga clementius adirentur,* ann. 13, 38 *colles clementer adsurgentes,* Germ. 1 *clementer edito iugo.* | 10. *pro* 'vorne auf', wie Kp. 29 *pro ripa.*

34. 1. *ad hoc* 'dazu noch', πρὸς τούτοις, wie hist. 1, 6; ann. 13, 34; 15, 4. | 3. *huc illuc*, s. zu 1, 56, 19. | *volitare* bei Tac. beliebt 1, 59; 2, 21; 13, 37 (*hucque et illuc volitans*) u. a., von Cic. gebraucht mit dem Nebenbegriff ausgelassener Keckheit z. B. in Pis. 4, 8 *Clodium ludos facere et praetextatum volutare passus es,* pro Sest. 1, 1; 4, 9 u. a. | 6. *pepulissent.* Geschlagen hatten sie den Caesar nicht, der 55 und 54 v. Chr. sie angegriffen; aber seine Expeditionen waren doch resultatlos geblieben. | 7. *intemeratus* 'unentweiht', s. zu 1, 49, 16. | 8. *adstrepere vulgus*, *gentili quisque religione obstringi* 'Die Menge jauchzte Beifall, ein jeder verpflichtete sich auf den Stammeseid u. s. w., daſs sie ctt.' Vgl. Caes. B. G. 1, 31, 7 *iureiurando obstringere civitatem sese neque obsides repetituros neque auxilium imploraturos,* vgl. auch ann. 1, 14 und 4, 31.

35. 2. *nihil nisi atrox* ctt. steht für einen Substantivsatz: *quod*

amnemque haud difficulter evadit. ubi ventum ad aggerem, dum missilibus certabatur, plus vulnerum in nos et pleraeque caedes oriebantur: postquam facta testudine rudes et informes saxorum conpages distractae parque comminus acies, decedere barbari in iuga montium. sed eo quoque inrupere ferentarius gravisque miles, illi telis adsultantes, hi conferto gradu, turbatis contra Britannorum ordinibus, apud quos nulla loricarum galearumve tegmina; et si auxiliaribus resisterent, gladiis ac pilis legionariorum, si huc verterent, spathis et hastis auxiliarium sternebantur. clara ea victoria fuit, captaque uxor et filia Carataci fratresque in deditionem accepti.

36 Ipse, ut ferme intuta sunt adversa, cum fidem Cartimanduae reginae Brigantum petivisset, vinctus ac victoribus traditus est, nono post anno, quam bellum in Britannia coeptum. unde fama eius evecta insulam et proximas provincias pervagata per Italiam quoque celebrabatur avebantque visere, quis ille tot per annos opes nostras sprevisset. ne Romae quidem ignobile Carataci nomen erat; et Caesar dum suum decus extollit, addidit gloriam victo. vocatus quippe ut ad insigne spectaculum populus: stetere in armis praetoriae cohortes campo, qui castra praeiacet. tunc incedentibus regiis clientulis phalerae torques quaeque bellis externis quaesiverat, traducta, mox fratres et coniunx et filia, postremo ipse ostentatus. ceterorum preces degeneres fuere ex metu; at non Caratacus aut vultu demisso aut verbis misericordiam requirens, ubi tribunali adstitit, in hunc modum locutus est.

---

nihil nisi atrox — erat. Vgl. zu 3, 9, 11 *nihil occultum.* | 7. *amnem evadere* nach Ovid. met. 3, 19 *iamque vada Cephisi — evaserat.* | *ubi — dum.* Über diesen Periodenbau s. Einl. § 118. So folgt bei Cic. de off. 2, 1, 4 auf *cum* ein zweiter Nebensatz mit *postea quam.* | 10. *decedere* 'zogen ab, entwichen', s. zu 2, 69, 8. | 11. Die *ferentarii* sind leichte Truppen; vgl. Sall. Cat. 60, 2. *unde a ferentariis proelium committi posset.* | 12. *conferto gradu* 'in geschlossener Kolonne, Schulter an Schulter'. | 15. Die *spatha,* von späteren Schriftstellern öfter erwähnt, kommt hier zuerst vor.

36. 3. *nono post anno.* Da der Krieg im J. 43 begann, so ist hier das Jahr 51 n. Chr. gemeint. Im folgenden schildert Tacitus, der eigentlich im J. 50 steht, die Ereignisse in Britannien noch bis zum J. 58 (Kp. 40) und kehrt mit Kp. 41 zum Jahre 51 zurück. | 5. *quis ille* statt *quis ille esset qui,* formelhafter Orakel- oder Gebetsstil, vgl. 11, 7 *quem illum tanta superbia esse,* 14, 22 *hunc illum numine deum destinari credebant,* 55 *quidquid illud et qualecunque tribuisset.* So schon Cic. acad. 2, 22, 69 *quis iste dies illuxerit, quaero,* Plin. n. h. 12 § 29 *quis ille primus experiri voluit?* S. zu 1, 42, 5. | 9. *in armis* 'in voller Rüstung. | Über den Ablativ *campo* s. Einl. § 35. | 10. *praeiacere* mit Acc. nach Analogie von *adiacere* (Nep. Tim. 2, 1 *gentes, quae mare illud adiacent*), sonst nur beim älteren Plinius, ohne Obj. 3 § 32, mit dem Dat. *Asiae* (4 § 75). | 13. *non — aut — aut* statt *neque — neque,* um die Negation, die nur zu *requirens* gehört (s. 2, 40, 15), mehr hervorzuheben.

'Si quanta nobilitas et fortuna mihi fuit, tanta rerum pro- 37
sperarum moderatio fuisset, amicus potius in hanc urbem quam captus venissem, neque dedignatus esses, claris maioribus ortum, plurimis gentibus imperitantem foedere *et* pace accipere. praesens sors mea ut mihi informis, sic tibi magnifica est. habui equos viros, arma opes: quid mirum, si haec invitus amisi? nam si vos omnibus imperitare vultis, sequitur, ut omnes servitutem accipiant? si statim deditus traderer, neque mea fortuna neque tua gloria inclaruisset; et supplicium mei oblivio sequeretur: at si incolumem servaveris, aeternum exemplar clementiae ero.' ad ea Caesar veniam ipsique et coniugi et fratribus tribuit. atque illi vinclis absoluti Agrippinam quoque, haud procul alio suggestu conspicuam, isdem quibus principem laudibus gratibusque venerati sunt. novum sane et moribus veterum insolitum, feminam signis Romanis praesidere: ipsa semet parti a maioribus suis imperii sociam ferebat.

Vocati posthac patres multa et magnifica super captivi- 38
tate Carataci disseruere, neque minus id clarum, quam quod Syphacem P. Scipio, Persen L. Paulus, et si qui alii vinctos reges populo Romano ostendere. censentur Ostorio triumphi insignia, prosperis ad id rebus eius, mox ambiguis, sive amoto Carataco, quasi debellatum foret, minus intenta apud nos militia fuit, sive hostes miseratione tanti regis acrius ad ultionem exarsere. praefectum castrorum et legionarias cohortes exstru-

---

37. 3. *dedignari* mit Inf. auch 2, 34; 45. | 4. *foedere et pace,* vgl. Cic. de rep. 2 § 14 *oratrices pacis et foederis.* | 6. *equos viros* ctt. Vgl. Sall. Jug. 51 *arma tela*, *equi viri*, Tac. hist. 5, 15 *arma equi.* Dreigliederig bei Liv. z. B. 30, 11 *equos arma tela.* | 7. *nam* begründet *quid mirum.* | *sequitur* ohne Fragepartikel, s. 2, 15, 10. | 8. *si statim deditus traderer* 'würde ich als einer, der sich sofort ergeben hätte, in deine Hände geliefert'. Also bezeichnet *deditus* die frühere Ergebung in Britannien, *traderer* die jetzige Übergabe an den Kaiser, s. Kp. 36 in. | 9. *et* nicht etwa = 'sondern' (s. zu 1, 65, 8), es führt vielmehr eine neue Gedankenreihe ein. | *mei*, s. Einl. § 42. | 11. *ipsique et* s. Einl. § 65, b. | *coniugi*. Nach Kp. 35 sollte noch *et filiae* hinzugefügt sein. | 12. *absoluti* statt *soluti*; vgl. 4, 23 *bello absolvit.* | 14. *laudibus gratibusque* (ann. 1, 69; hist. 2, 55; 4, 39), vgl. Nipp.-Andresen zu ann. 1, 69, 4. | 16. *semet* . . . *ferebat* 'stellte sich dar als, wollte gelten für', s. 1, 2, 4.

38. 3. *Syphacem*: 201 v. Chr., *Persen*: 167. | 4. *censentur Ostorio triumphi insignia.* Transitives *censere* häufig bei Tac. z. B. Kp. 53; 13, 8 u. a. Vgl. Caes. B. G. 7, 77, 2 *variis dictis sententiis, quarum pars deditionem*, *pars eruptionem censebat,* Sall. H. 3, 82 Kr., 61 D., 17 *non arma neque secessionem censebo*, Liv. 10, 12, 3 *bellum Samnitibus et patres censuerunt et populus iussit* (Nipp.-Andresen zu 13, 8, 4). | 5. *ad id* 'bis dahin', wie Kp. 11 *spectatae ad id modestiae.* | 6. *quasi debellatum foret* wie hist. 3, 19, vgl. Liv. 26, 21 *quasi debellato*, 30, 8 *velut iam debellato.* | *(sive) minus intenta apud nos militia fuit* '(ob nun) der Dienst weniger stramm bei uns war'. | 8. *exstruendis* — *praesidiis.* Über den Dativ des

endis apud Siluras praesidiis relictas circumfundunt. ac ni cito nuntiis ex castellis proximis *missis* subventum foret copiarum obsidioni, obcubuissent: praefectus tamen et octo centuriones ac promptissimus quisque *e* manipulis cecidere. nec multo post pabulantis nostros missasque ad subsidium turmas profligant.

39 Tum Ostorius cohortes expeditas opposuit; nec ideo fugam sistebat, ni legiones proelium excepissent: earum robore aequata pugna, dein nobis pro meliore fuit. effugere hostes tenui damno, quia inclinabat dies. crebra hinc proelia, et saepius in modum latrocinii per saltus per paludes, ut cuique sors aut virtus, temere provisu, ob iram ob praedam, iussu et aliquando ignaris ducibus. ac praecipua Silurum pervicacia, quos accendebat vulgata imperatoris Romani vox, ut quondam Sugambri excisi aut in Gallias traiecti forent, ita Silurum nomen penitus extinguendum. igitur duas auxiliares cohortes avaritia praefectorum incautius populantes intercepere; spoliaque et captivos largiendo ceteras quoque nationes ad defectionem trahebant, cum taedio curarum fessus Ostorius concessit vita, laetis hostibus, tamquam ducem haud spernendum etsi non proelium, at certe bellum absumpsisset.

40 At Caesar cognita morte legati, ne provincia sine rectore foret, A. Didium suffecit. is propere vectus non tamen integras res invenit, adversa interim legionis pugna, cui Manlius Valens praeerat; auctaque *est* apud hostes eius rei fama, quo venientem ducem exterrerent, aeque illo augente audita, ut maior laus compositis, et si duravissent, venia iustior tribueretur. Silures id quoque damnum intulerant, lateque persultabant, donec adcursu Didii pellerentur. sed post captum Cara-

---

Gerundivums als Finalsatz s. Einl. § 109, b. | 10. *subventum foret copiarum obsidioni*, vgl. 15, 68 *non aliter tot flagitiis eius subvenire potuisse* und s. zu 3, 24, 1.

39. 2. *sistebat*, *ni*. S. Einl. § 103, 1. | 3. *pro meliore fuit* fast = *melior fuit*. Dieser Gebrauch kommt in allen Perioden der Sprache vor, vgl. *pro certo, pro nihilo esse* und zu unserer Stelle hauptsächlich Sall. Jug. 22, 4 *populum Romanum neque recte neque pro bono facturum*, Lact. 3, 18, 12 *qui mortem pro bono laudant*. | 4. *in modum latrocinii* ctt. bezeichnet einen Guerillakrieg, wie bei Sall. Jug. 97, 5 *pugna latrocinio magis quam proelio similis fieri*. | 6. *provisu* s. zu Kp. 6, 7. | 8. *Sugambri*. Als Tiberius im J. 8 v. Chr. gegen die Deutschen Krieg führte, vernichtete er einen Teil der Sigambrer; andere zogen weiter nördlich, 40 000 aber wurden als Unterworfene auf das linke Rheinufer versetzt. Sie wohnten von da ab zwischen den Ubiern und Batavern. | 14. Über das kausale *tamquam*, 'da ja' in indirekter Rede s. Einl. § 95.

40. 1. *rector* statt Prokonsul oder Prokurator, wie 2, 4, 11, hist. 2, 85 u. a. | 2. *Didius Gallus* hatte um das Jahr 46 auf Befehl des Claudius den bosporanischen König Mithridates aus seinem Reiche vertrieben. S. Kp. 15. | 3. Manlius starb als Konsul im J. 96, dem Todesjahre des Domitian. | 5. Nach *audita* folgt der Dativ des Neutrums *compositis*, sodafs bei *duravissent* aus dem Voraufgehenden das allgemeine

tacum praecipuus scientia rei militaris Venutius, e Brigantum civitate, ut supra memoravi, fidusque diu et Romanis armis defensus, cum Cartimanduam reginam matrimonio teneret; mox orto discidio et statim bello etiam adversus nos hostilia induerat. sed primo tantum inter ipsos certabatur, callidisque Cartimandua artibus fratrem ac propinquos Venutii intercepit. inde accensi hostes, stimulante ignominia, ne feminae imperio subderentur, valida et lecta armis iuventus regnum eius invadunt. quod nobis praevisum, et missae auxilio cohortes acre proelium fecere, cuius initio ambiguo finis laetior fuit. neque dispari eventu pugnatum a legione, cui Caesius Nasica praeerat; nam Didius, senectute gravis et multa copia honorum, per ministros agere et arcere hostem satis habebat. haec, quamquam a duobus pro praetoribus plures per annos gesta, coniunxi, ne divisa haud perinde ad memoriam sui valerent: ad temporum ordinem redeo.

Ti. Claudio quintum Servio Cornelio Orfito consulibus 41
virilis toga Neroni maturata, quo capessendae rei publicae habilis videretur. et Caesar adulationibus senatus libens cessit, ut vicensimo aetatis anno consulatum Nero iniret atque interim

---

Subjekt *res* zu ergänzen ist. | 10. *ut supra* ctt. Diese Stelle mufs vor dem Bruchstück des elften Buches gestanden haben. | 12. *discidio.* Nach dieser Scheidung heiratet sie den Vellocatus, Waffenträger des Venutius. S. hist. 3, 45. | *hostilia induerat,* vgl. hist. 4, 57 *hostiles spiritus induisse,* ann. 11, 7 *Aeserninos magnum animum induisse,* 6, 20 *qualem diem Tiberius induisset,* 16, 28 *nisi proditorem et hostem Thrasea induisset.* | 15. *feminae* 'des Weibes', nicht 'eines Weibes', denn die Herrschaft von Frauen war in Britannien nicht ungewöhnlich. Agr. 16 *neque enim sexum in imperiis discernunt.* | 16. *lecta armis* 'ausgesucht mit Rücksicht auf die Bewaffnung', wie hist. 3, 55 *tot milia armatorum lecta equis virisque.* | Das folgende *iuventus* ist nicht als Subjekt zu denken, sondern als Apposition zum Subjekte *hostes.* | 17. *quod nobis praevisum.* Kp. 63; 14, 55. Schon Cic. ad Att. 6, 9, 5 *respublica, quam praevideo in summis periculis,* Plin. ep. 1, 20, 13 *cum ab alio dictum est, quod ipse praevidit* und die klassischen Dichter. | 18. *initio ambiguo* nicht Abl. abs. (wie Sall. Cat. 11, 4 *Sulla bonis initiis malos eventus habuit*), sondern Abl. comparationis von *laetior* abhängig. Der Krieg zwischen Venutius und der Cartimandua, welche auch später noch von den Römern unterstützt ward, dauerte bis unter Vespasian, dessen Feldherr Cerialis im J. 71 die Briganten nach blutigen Kämpfen unterwarf. | 20. *senectute gravis* wie hist. 3, 50 *aetate gravis,* Ovid Met. 7, 299 *gravis senecta,* Hor. sat. 1, 1, 4 *gravis annis* 'unter der Last der Jahre'. | *multa copia* Abl. qual. | 23. *coniunxi.* Es ist ein Exkurs, wie ihn Tac. bei der Schilderung auswärtiger Kriege öfter giebt, hier bis ins J. 58 fortgesetzt. | *ne divisa haud perinde ad memoriam sui valerent* d. h. damit die Trennung seinem Gedächtnis keinen Abbruch thue, damit es als Ganzes sich fester einpräge.

41. 3. *habilis* mit dem Dativ des Gerundivums, wie Plin. n. h. 34 § 149, *inhabilis* ann. 3, 43. | 4. *ut vicensimo aetatis anno consulatum Nero iniret . . . ac princeps iuventutis appellaretur,* vgl. Mon. Anc. 2, 46 *C. et L. Caesaris honoris mei caussa senatus populusque Romanus annum quintum*

designatus proconsulare imperium extra urbem haberet ac princeps iuventutis appellaretur. additum nomine eius donativum militi, congiarium plebei. et ludicro circensium, quod adquirendis vulgi studiis edebatur, Britannicus in praetexta, Nero triumphali veste travecti sunt: spectaret populus hunc decore imperatorio, illum puerili habitu, ac perinde fortunam utriusque praesumeret. simul qui centurionum tribunorumque sortem Britannici miserabantur, remoti fictis causis et alii per speciem honoris; etiam libertorum si quis incorrupta fide, depellitur tali occasione. obvii inter se Nero Britannicum nomine, ille Domitium salutavere. quod ut discordiae initium Agrippina multo questu ad maritum defert: sperni quippe adoptionem, quaeque censuerint patres, iusserit populus, intra penates abrogari; ac nisi pravitas tam infensa docentium arceatur, erupturа in publicam perniciem. commotus his quasi criminibus optimum quemque educatorem filii exilio aut morte adficit datosque a noverca custodiae eius inponit.

42 Nondum tamen summa moliri Agrippina audebat, ni praetoriarum cohortium cura exsolverentur Lusius Geta et Rufrius Crispinus, quos Messalinae memores et liberis eius devinctos credebat. igitur distrahi cohortes ambitu duorum et, si ab uno regerentur, intentiorem fore disciplinam adseverante uxore, transfertur regimen cohortium ad Burrum Afranium, egregiae militaris famae, gnarum tamen, cuius sponte praeficerentur. suum quoque fastigium Agrippina extollere altius: carpento Capito-

---

et decimum agentis consules designavit, ut eum magistratum inirent post quinquennium . . . equites autem Romani universi principem iuventutis utrumque eorum parmis et hastis argenteis donatum appellaverunt. | 5. *proconsulare imperium,* das i., welches die Statthalter der senatorischen Provinzen besafsen, hatten die Kaiser als immerwährendes. So wurde es auch Nero erteilt. | 9. *spectaret* 'das Volk sollte u. s. w.', so wollte es namentlich Agrippina. | 10. *perinde* 'demgemäfs', s. zu 6, 31, 13. | 12. *et alii* statt *alii — alii*, wie Kp. 56; 1, 63 *ut opus et alii proelium inciperent.* 13, 39, hist. 3, 27. | 16. *quippe* in Anastrophe auch 2, 15. 33 und öfter. | 17. *populus.* Dies ist eine blofse Fiktion, denn bei der Arrogatio (s. zu Kp. 26) ward das Volk nicht mehr gefragt, sondern durch 30 Liktoren vertreten. Seit Kaiser Galba trat an die Stelle dieser Procedur ein kaiserliches Reskript. Etwas anders bei Lange, Altert. I, 298 fg. | 20. *aut morte*, vgl. 3, 24 *adulterosque earum morte aut fuga punivit,* 6, 9 *ut accusatores exilio aut morte multarentur.* | Die nunmehrige Behandlung des Britannicus bezeichnet Dio 60, 32 so: *κἀκ τούτου παραδοῦσα αὐτὸν οἷς ἤθελεν, ἐκάκου ὅσον ἐδύνατο. καὶ οὔτε τῷ πατρὶ συνεῖναι οὔτε ἐς τὸ δημόσιον προϊέναι εἴα, ἀλλ' ἐν ἀδέσμῳ τρόπον τινὰ φυλακῇ εἶχεν.*

42. 2. Über Geta vgl. 11, 31. 33. | 3. Über Crispinus s. zu 11, 1. | 6. Burrus starb im J. 62, vielleicht von Nero vergiftet. 14, 51. | 7. *sponte* mit dem Genetiv erst im silbernen Latein, bei Tac. erst in den gröfseren Werken. S. zu 2, 59. | 8. *carpento*, wahrscheinlich infolge eines Senatsbeschlusses. Dio 60, 33 *καὶ τῷ καρπεντίῳ ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβεν.* Suet. Claud. 11. | Überhaupt waren die Frauen

lium ingredi, qui honos sacerdotibus et sacris antiquitus concessus venerationem augebat feminae, quam imperatore genitam, sororem eius, qui rerum potitus sit, et coniugem et matrem fuisse, unicum ad hunc diem exemplum est. inter quae praecipuus propugnator eius Vitellius, validissima gratia, aetate extrema (adeo incertae sunt potentium res) accusatione corripitur, deferente Iunio Lupo senatore. is crimina maiestatis et cupidinem imperii obiectabat; praebuissetque aures Caesar, nisi Agrippinae minis magis quam precibus mutatus esset, ut accusatori aqua atque igni interdiceret. hactenus Vitellius voluerat.

Multa eo anno prodigia evenere. insessum diris avibus 43
Capitolium, crebris terrae motibus prorutae domus, ac dum latius metuitur, trepidatione vulgi invalidus quisque obtriti; frugum quoque egestas et orta ex eo fames in prodigium accipiebatur. nec occulti tantum questus, sed iura reddentem

---

rücksichtlich der Equipagen durch Sitte und Herkommen eingeschränkt, und schon der alte Cato legt es ihnen als Übermut aus, *carpentis per urbem vectari.* Selbst den Gebrauch einer Sänfte untersagte Domitian den *probrosis feminis.* Vgl. indessen Verg. Aen. 8, 665 *castae ducebant sacra per urbem pilentis matres in mollibus*, Liv. 5, 25 *honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pilento ad sacra ludosque, carpentis festo profestoque uterentur.* | 9. *sacris.* Wahrscheinlich sind kleine Standbilder der Penaten Roms gemeint. | 10. *imperatore.* Wie die Stiefsöhne des Augustus, nämlich Tiberius und Drusus, so hatte auch Germanicus auf Lebenszeit den Titel *imperator* erhalten. | 11. *sororem eius*, des Caligula. | 13. Dieser Vitellius nimmt eine ähnliche Stellung ein wie die berüchtigten Freigelassenen des Claudius; er ist einflufsreich und von ehrloser Gesinnung. | 14. *adeo incertae sunt potentium res.* Vorangestellte Parenthese wie 1, 39 *ac ni aquilifer Calpurnius vim extremam arcuisset, (rarum etiam inter hostes) legatus populi Romani Romanis in castris sanguine suo altaria deum commaculavisset*, 1, 79, 7; 4, 55, 12; 14, 59, 12; hist. 1, 15, 22; 2, 88, 6; 3, 31, 20 u. a. Vgl. Kap. 2, 9. | 18. *hactenus* 'so weit' d. h. 'nur dies', wie 14, 51; 15, 60; Plin. ep. 7, 6, 13; 31, 6.

43. 1. *diris avibus*, nämlich Raubvögel, wie Raben, Geier, Eulen. | 3. Hätte nicht Tac. Agr. 26 *maxime invalidam* gesetzt, um den Superlativ *invalidissimus* zu vermeiden, und stände nicht bei Suet. Otho 2 *invalidum quemque obviorum*, so würde man nach ann. 13, 18 *validissimum quemque* mit Wölfflin *invalidissimus* erwarten und schreiben. | *obtriti* nach *quisque,* wie 1, 44 *seditiosissimum quemque vinctos trahunt,* hist. 2, 84; 3, 49. 50. Das Verbum erscheint in diesen fünf Beispielen in der Form des Part. Perf. S. Einl. § 17. | 4. *ex eo*, obwohl *egestas* vorhergeht, vgl. 15, 1 *(defectione Hyrcanorum) multisque ex eo bellis*, Cic. ad fam. 9, 1, 2 *revocant in consuetudinem pristinam teque quod in eo permanseris*, *sapientiorem quam me dicunt fuisse,* de fin. 5, 13, 37 *ea enim vita expetitur, quae sit animi corporisque expleta virtutibus in eoque summum bonum poni necesse est* und s. zu ann. 6, 8, 2. | *in prodigium.* Vgl. 1, 14 *muliebre fastigium in deminutionem sui accipiens.* 6, 13; 16, 18; Liv. 21, 63, 14. | 5. *iura reddentem.* Claudius hatte eine Passion für das Richteramt, wobei es ihm aber passierte, dafs er das Urteil sprach, ohne die Verteidigung, ja sogar ohne Anklage und Verteidigung gehört zu

Claudium circumvasere clamoribus turbidis, pulsumque in extremam fori partem vi urgebant, donec militum globo infensos perrupit. quindecim dierum alimenta urbi, non amplius, superfuisse constitit, magnaque deum benignitate et modestia hiemis rebus extremis subventum. at hercule olim Italia legionibus longinquas in provincias commeatus portabat, nec nunc infecunditate laboratur, sed Africam potius et Aegyptum exercemus, navibusque et casibus vita populi Romani permissa est.

44 Eodem anno bellum inter Armenios Hiberosque exortum Parthis quoque ac Romanis gravissimorum inter se motuum causa fuit. genti Parthorum Vologeses imperitabat, materna origine ex paelice Graeca, concessu fratrum regnum adeptus; Hiberos Pharasmanes vetusta possessione, Armenios frater eius Mithridates obtinebat opibus nostris. erat Pharasmanis filius nomine Radamistus, decora proceritate, vi corporis insignis et patrias artes edoctus, claraque inter accolas fama. is modicum Hiberiae regnum senecta patris detineri ferocius crebriusque iactabat, quam ut cupidinem occultaret. igitur Pharasmanes iuvenem impotentiae promptae et studio popularium accinctum, vergentibus iam annis suis metuens, aliam ad spem trahere et Armeniam ostentare, pulsis Parthis datam Mithridati a semet memorando: sed vim differendam et potiorem dolum, quo incautum opprimerent. ita Radamistus simulata adversus patrem discordia tamquam novercae odiis impar pergit

---

haben. | 9. *modestia hiemis.* Wir sagen etwa: 'das gute Benehmen des Winters'. So Plin. nat. hist. 6, 71 *modestia quaedam aquarum* vom gemäfsigten gelinden Lauf. | 10. *rebus extremis subventum*, s. 11, 26, 6. | *at hercule* 'aber wahrhaftig' zum Ausdruck jeglichen Affekts, s. zu 1, 3, 20. | 11. *infecunditate.* Wenn auch Italien nicht unfruchtbar geworden war, so producierte es doch wenig, weil Luxusgärten und Parkanlagen den Boden bedeckten. | 12. *exercere* statt *colere* auch 13, 54 *solum exercebant.* Germ. 29 *ex. qui decumates agros exercent.* Nach Verg. Georg. 1, 219 *si in messem exercebis humum*, 2, 356 *aut presso exercere solum sub vomere.*

44. 1. Die Hiberer wohnten am Südabhange des Kaukasus, also nördlich von Armenien, welches im Süden und Südosten an das parthische Arsakidenreich grenzte. | 3. Vologeses, Sohn des Vonones, war etwa 52 oder 53 auf den Thron gekommen. | 4. *fratrum,* nämlich Tiridates und Pacorus. | 5. Über Pharasmanes und Mithridat s. zu 11, 8. | 9. *detinere* heifst 'niederhalten, aufhalten, in der Entwickelung hemmen'. Es kann nicht bedeuten 'vorenthalten' (von einer Erbschaft) nach 14, 65 (Nero) *interfecisse creditus est Pallantem, quod inmensam pecuniam longa senecta detineret*, denn wer darüber klagt *modicum Hiberiae regnum sibi detineri*, über den kann das Folgende nicht noch zur Erklärung seines Ausspruches hinzugefügt werden. | 11. *impotentiae (sc. sui) promptae* ungefähr dasselbe wie *impotentia promptum.* Vgl. 1, 57 *audacia promptus.* | 12. *vergere* von der Abnahme der Zeit, wie 2, 43; 11, 4 u. a. | 13. *datam a semet.* Bei der Eroberung Armeniens im J. 35 hatte Mithridat sich

ad patruum, multaque ab eo comitate in speciem liberum cultus primores Armeniorum ad res novas inlicit, ignaro et ornante insuper Mithridate.

Reconciliationis specie adsumpta regressusque ad patrem, 45
quae fraude confici potuerint, prompta nuntiat, cetera armis exsequenda. interim Pharasmanes belli causas confingit: proelianti sibi adversus regem Albanorum et Romanos auxilio vocanti fratrem adversatum, eamque iniuriam excidio ipsius ultum iturum; simul magnas copias filio tradidit. ille inruptione subita territum exutumque campis Mithridaten compulit in castellum Gorneas, tutum loco ac praesidio militum, quis Caelius Pollio praefectus, centurio Casperius praeerat. nihil tam ignarum barbaris quam machinamenta et astus oppugnationum: at nobis ea pars militiae maxime gnara est. ita Radamistus frustra vel cum damno temptatis munitionibus obsidium incipit; et cum vis neglegeretur, avaritiam praefecti emercatur, obtestante Casperio, ne socius rex, ne Armenia donum populi Romani scelere et pecunia amitterentur. postremo quia multitudinem hostium Pollio, iussa patris Radamistus obtendebant, pactus indutias abscedit, ut, nisi Pharasmanem bello absterruisset, Ummidium Quadratum praesidem Suriae doceret, quo in statu Armenia foret.

Digressu centurionis velut custode exsolutus praefectus hor- 46
tari Mithridaten ad sanciendum foedus, coniunctionem fratrum

---

von Pharasmanes unterstützen lassen. Vgl. 6, 33. | 17. *in speciem* deutet nicht auf Heuchelei. Der Oheim hielt den Neffen ganz wie seinen Sohn.

45. 4. Die Albaner sind die östlichen Nachbaren der Hiberer, am südlichen Kaukasus, seit dem zweiten Jahrhundert v. Chr. ein Königreich bildend. | 6. *ultum ire,* s. 4, 73, 19. | 7. *campis.* Man wäre versucht, dafür *castris* zu schreiben, wenn Tacitus nicht auch sagte: *hostem sedibus exuere* 13, 39. | 8. *militum,* nämlich Römer. Im J. 47 hatten römische Truppen, im Bunde mit Mithridates, die Bergkastelle Armeniens besetzt. | 9. Casperius wird noch im J. 62 als Centurio im Heere des Corbulo erwähnt. 15, 5. | 11. *at nobis* ctt. Dieser Zusatz, den man als Glossem verdächtigt hat, soll die Situation schärfer bezeichnen. Gerade weil römische Truppen mit der Technik einer Belagerung, also auch mit den Verteidigungsmitteln so vertraut waren, konnten die Belagerer um so weniger etwas ausrichten. | 13. *neglegeretur* 'da man sich aus den Mitteln der Gewalt nichts machte, gleichgültig dagegen war', weil man nichts zu fürchten hatte. | 15. *scelere et pecunia amitterentur* 'durch verbrecherische (frevelhafte) Geldgier (s. zu 1, 8, 6) geopfert, preisgegeben würden' freiwillig nämlich; so *amittere* häufig schon in klassischer Latinität. Statt vieler Beispiele: Cic. pro Caelio 27, 64 *isti tot viri ... cur Licinium de manibus amiserunt,* ad fam. 15, 1, 5 *ut nisi exercitum mature in has provincias miseritis, summum periculum sit, ne amittendae sint omnes eae provinciae,* s. Müller zu de off. 3, 20, 82 S. 177 und vgl. Kp. 46, 16 und 13, 46 *nuptam esse se dictitans nec posse matrimonium amittere.* | 18. Quadratus, 14 n. Chr. Quästor, 37 Legat von Lusitanien, dann Konsul, starb als Legat von Syrien im J. 60.

46. 2. *coniunctionem fratrum* 'das verwandtschaftliche Verhältnis

ac priorem aetate Pharasmanem et cetera necessitudinum nomina referens, quod filiam eius in matrimonio haberet, quod ipse Radamisto socer esset: non abnuere pacem Hiberos, quamquam in tempore validiores; et satis cognitam Armeniorum perfidiam, nec aliud subsidii quam castellum commeatuum egenum: ne dubia tentare armis quam incruentas condiciones mallet. cunctante ad ea Mithridate et suspectis praefecti consiliis, quod paelicem regiam polluerat inque omnem libidinem venalis habebatur, Casperius interim ad Pharasmanen pervadit, utque Hiberi obsidio decedant, expostulat. ille propalam incerta et saepius molliora respondens, secretis nuntiis monet Radamistum obpugnationem quoquo modo celerare. augetur flagitii merces, et Pollio occulta corruptione inpellit milites, ut pacem flagitarent seque praesidium amissuros minitarentur. qua necessitate Mithridates diem locumque foederi accepit castelloque egreditur.

47 Ac primo Radamistus in amplexus eius effusus simulare obsequium, socerum ac parentem appellare; adicit ius iurandum, non ferro, non veneno vim adlaturum. simul in lucum propinquum trahit, provisum illic sacrificii paratum dictitans, ut dis testibus pax firmaretur. mos est regibus, quotiens in societatem coeant, implicare dextras pollicesque inter se vincire nodoque praestringere: mox ubi sanguis in artus *se* extremos suffuderit, levi ictu cruorem eliciunt atque invicem lambunt. id foedus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum. sed tunc qui ea vincla admovebat, decidisse simulans genua Mithridatis invadit ipsumque prosternit; simulque concursu plurium iniciuntur catenae. ac compede, quod dedecorum barbaris, trahebatur; mox quia vulgus duro imperio habitum, probra ac verbera intentabat. et erant contra, qui tantam fortunae commutationem miserarentur; secutaque cum parvis liberis coniunx cuncta lamentatione complebat. diversis et contectis vehiculis abduntur, dum Pharasmanis iussa exquirerentur. illi

---

unter Brüdern'. | 3. *nomina* 'Beziehungen', im folgenden einzeln erwähnt. | *quod* 'indem' s. zu 3, 9, 7. | 6. *in tempore* hier 'für jetzt', sonst 'zur rechten Zeit' oder 'bei günstiger Gelegenheit'. | 7. *aliud subsidii* Gen. part. nach falscher Analogie, s. zu 3, 39, 2. | 10. *libidinem* 'Sünde'. | 14. *celerare* dichterisch, s. zu 2, 5, 5. | 16. *amissuros* s. zu Kp. 45, 15 und vgl. noch Cic. de nat. deor. 2, 49, 124 *avem quandam usque eo premere earum capita mordicus, dum illae captum amitterent*, Liv. 10, 4, 4 *cohortes, quae signa amiserant, extra vallum sine tentoriis destitutas invenit*, auch ann. 14, 26 *quin et Tiridaten . . . abire procul ac spem belli amittere subegit* (*omittere* Agricola), hist. 3, 61 *amissi praesidii dedecus*.

47. 9. *arcanum* 'geheimnisvoll, mystisch'. | 11. *(concursu) plurium* im Gegensatz zu den *qui ea vincla admovebat* wie z. B. hist. 3, 16 *plurium adcursu* dem *praegredi paucos* gegenüber steht. | 14. *intentabat.* Dasselbe Zeugma 3, 36 *domino cum voces, cum manus intentarent.* Dafür

cupido regni fratre et filia potior animusque sceleribus paratus; visui tamen consuluit, ne coram interficeret. et Radamistus, quasi iuris iurandi memor, non ferrum, non venenum in sororem et patruum expromit, sed proiectos in humum et veste multa gravique opertos necat. filii quoque Mithridatis, quod caedibus parentum inlacrimaverant, trucidati sunt.

At Quadratus cognoscens proditum Mithridaten et regnum 48
ab interfectoribus obtineri, vocat consilium, docet acta et, an ulcisceretur, consultat. paucis decus publicum curae, plures tuta disserunt: omne scelus externum cum laetitia habendum; semina etiam odiorum iacienda, ut saepe principes Romani eandem Armeniam specie largitionis turbandis barbarorum animis praebuerint: poteretur Radamistus male partis, dum invisus, infamis, quando id magis ex usu, quam si cum gloria adeptus foret. in hanc sententiam itum. ne tamen adnuisse facinori viderentur et diversa Caesar iuberet, missi ad Pharasmanen nuntii, ut abscederet a finibus Armeniis filiumque abstraheret.

Erat Cappadociae procurator Iulius Paelignus, ignavia animi 49
et deridiculo corporis iuxta despiciendus, sed Claudio perquam familiaris, cum privatus olim conversatione scurrarum iners

---

hist. 3, 31 *ingerebant probra, intentabant ictus.* | 19. *visui consuluit, ne coram interficeret* 'er hütete das Auge' d. h. 'er ersparte sich den Anblick (*visu abstinuit* 15, 15) sie vor seinen Augen hinrichten zu lassen'. Vgl. Cic. Verr. 3, 7, 16 *eundemque te memini censorias quoque leges in sartis tectis exigendis tollere et commutare, ne is redimeret, cuia res esset, ne pupillo tutores propinquique consulerent, quominus fortunis omnibus everteretur* und s. Krit. Anhang zu 11, 15, 9. In *consuluit* liegt ein prohibitiver Begriff grade so gut wie in *parcere* 15, 61 *voci tamen et aspectui pepercit,* wo fortgefahren werden konnte *ne (quominus) coram necessitatem ultimam denuntiaret.* | 21. *proiectos in humum* statt des sonst üblichen Lokativus *humi* χαμαί (hist. 2, 64 *proiectum humi,* 3, 10 *humi stratus,* ann. 11, 37 *fusam humi*). Aber auch Vergil sagt abweichend von seinem sonstigen Sprachgebrauch (Aen. 9, 754 *sternit humi,* 1, 193 *fundat humi*) 5, 330 *fusus humum.*

48. 1. *cognoscens* aoristisch für *cognito.* S. zu 11, 35, 7. | 4. *habendum* 'aufzunehmen' statt *accipiendum.* 4, 21 *civiliter habuit,* Sall. Cat. 51, 11 *eas gravius aequo habuere,* Liv. 7, 5, 7 *nec — ita aegre habuit.* | 7. *dum invisus, infamis.* Die Auslassung des Konjunktivs *esset* ist erträglich, weil *foret* folgt. Vgl. Einl. § 20, b. | 10. *et diversa* ctt. 'während der Kaiser etwas anderes befehle'. Der Satz ist dem vorigen logisch subordiniert. Vgl. hist. 1, 16 *ex. neque enim hic ut gentibus, quae regnantur, certa dominorum domus et ceteri servi* 'hier giebt es nicht ein bestimmtes Herrscherhaus, während die übrigen Sklaven sind'. (Joh. Müller: Beiträge zur Kritik und Erklärung des Tac. H. 4 S. 19—20).

49. 1. Kappadokien, vor Tiberius unter eigenen Königen, war seit dem Tode des Archelaus römische Provinz. Vgl. 2, 42. | 3. *iners otium oblectaret* 'sich in seiner müfsigen Zeit ergötzte' s. zu 3, 24, 1 und vgl. Cael. ad fam. 8, 3, 1 *atque hoc eo diligentius facio, quod cum otiosus sum, plane, ubi delectem otiolum meum, non habeo,* Plin. ep. 1, 22, 6 *non qui-*

otium oblectaret. is Paelignus auxiliis provincialium contractis tamquam reciperaturus Armeniam, dum socios magis quam hostes praedatur, abscessu suorum et incursantibus barbaris praesidii egens ad Radamistum venit; donisque eius evictus ultro regium insigne sumere cohortatur sumentique adest auctor et satelles. quod ubi turpi fama divulgatum, ne ceteri quoque ex Paeligno coniectarentur, Helvidius Priscus legatus cum legione mittitur, rebus turbidis pro tempore ut consuleret. igitur propere montem Taurum transgressus moderatione plura quam vi composuerat, cum redire in Suriam iubetur, ne initium belli adversus Parthos existeret.

50 Nam Vologeses casum invadendae Armeniae obvenisse ratus, quam a maioribus suis possessam externus rex flagitio obtineret, contrahit copias fratremque Tiridaten deducere in regnum parat, ne qua pars domus sine imperio ageret. incessu Parthorum sine acie pulsi Hiberi, urbesque Armeniorum Artaxata et Tigranócerta iugum accepere. deinde atrox hiems et parum provisi commeatus et orta ex utroque tabes perpellunt Vologesen omittere praesentia. vacuamque rursus Armeniam Radamistus invasit, truculentior quam antea, tamquam adversus defectores et in tempore rebellaturos. atque illi, quamvis servitio sueti, patientiam abrumpunt armisque regiam circumveniunt.

51 Nec aliud Radamisto subsidium fuit quam pernicitas equorum, quis seque et coniugem abstulit. sed coniunx gravida primam utcumque fugam ob metum hostilem et mariti caritatem toleravit; post, festinatione continua ubi quati uterus

---

dem gymnasia sectatur aut porticus nec disputationibus longis aliorum otium suumque delectat. Auch Quint. 2, 12, 12 *inquirendo scribendoque talia consolemur otium nostrum* ruht auf derselben Anschauung. | 5. *tamquam reciperaturus* 'als wolle er sich wieder bemächtigen', so *tamquam* mit dem Part. Fut. 6, 36 und hist. 4, 19 nach Livius z. B. 21, 61, 1 *t. occursurus*, 36, 41, 1 *t. non transituris in Asiam Romanis.* Mit dem Part. Perf. Pass. steht *tamquam* ann. 13, 20, hist. 1, 48; 3, 51; 4, 32, mit dem Abl. abs. ann. 13, 43; hist. 4, 20. | 8. *ultro* 'unaufgefordert'. | *cohortari* mit dem Infinitiv, wie häufiger *hortari* und *monere*, s. 11, 1, 5. | 9. *adest auctor* 'ist ihm Rückhalt', weil er ihn in seinem Vorhaben bestärkt. | 10. *coniectare* 'beurteilen' s. zu 1, 32, 14. | Helvidius ist wahrscheinlich derselbe, der im J. 56 unter Nero Volkstribun war. 13, 28. | 12. Der *Taurus* trennt Kappadokien von Syrien und Cilicien.

50. 1. *casum* statt *occasionem*, s. zu 1, 13, 9. | 4. *incessu* statt *invasione*, wie 4, 24 *primo sui incessu solvit obsidium.* | 6. Artaxata, die Residenz, lag nördlich, am Flusse Araxes; Tigranocerta südwestlich, etwa drei Meilen vom oberen Tigris. | 7. *perpellere* mit dem Infinitiv, s. zu 11, 29, 12. | 10. *in tempore* ('zu gelegener Zeit', s. zu 1, 1, 2) *rebellaturos* nach dem Vorgang des Sallust H. I 20 Kr., 18 D. *ferocia regis Mithridatis in tempore rebellaturi.*

51. 2. Über *seque et* s. Einl. § 65, b. | 3. *utcumque* = *qualiscumque erat*, wie 2, 14 *primam utcunque aciem hastatam.* | 4. *ubi quati.* Über

et viscera vibrantur, orare, ut morte honesta contumeliis captivitatis eximeretur. ille primo amplecti adlevare adhortari, modo virtutem admirans, modo timore aeger, ne quis relicta poteretur. postremo violentia amoris et facinorum non rudis destringit acinacen vulneratamque ripam ad Araxis trahit, flumini tradit, ut corpus etiam auferretur: ipse praeceps Hiberos ad patrium regnum pervadit. interim Zenobiam (id mulieri nomen) placida *in* inluvie spirantem ac vitae manifestam advertere pastores, et dignitate formae haud degenerem reputantes obligant vulnus, agrestia medicamina adhibent cognitoque nomine et casu in urbem Artaxata ferunt; unde publica cura deducta ad Tiridaten comiterque excepta cultu regio habita est.

Fausto Sulla Salvio Othone consulibus Furius Scribonianus 52
in exilium agitur, quasi finem principis per Chaldaeos scrutaretur. adnectebatur crimini Vibia mater eius, ut casus prioris (nam relegata erat) inpatiens. pater Scriboniani Camillus arma per Dalmatiam moverat; idque ad clementiam trahebat Caesar, quod stirpem hostilem iterum conservaret. neque tamen exuli longa posthac vita fuit: morte fortuita an per venenum extinctus esset, ut quisque credidit, vulgavere. de mathematicis Italia pellendis factum senatus consultum atrox et inritum.

---

den historischen Infinitiv in Nebensätzen s. Einl. § 92, b. | Über die Anastrophe von *ubi* vgl. zu 13, 33, 2. | 9. *ripam ad*, s. Kp. 11 *ripam ad Euphratis.* | 10. *etiam*, d. h. selbst die Leiche sollte nicht in die Gewalt der Feinde kommen. | '*Hiberos ad patrium regnum dictum est ut* 4, 67 Capreas se in insulam abdidit, hist. 4, 32 adlatis Geldubam in castra nuntiis, *nec verisimile est Tacitum, nisi addito* ad patrium regnum, *dicturum fuisse* Hiberos pervadit'. Halm. Vgl. indessen Kap. 32, 2. | 12. *vitae* (Gen.) *manifestam* s. zu 2, 85, 7. | 13. *degener* = *ignobilis*, wie 6, 42; 11, 19 u. a. | Die in den letzten acht Kapiteln geschilderten Ereignisse gehen bis ins J. 54 und werden 13, 6 fortgesetzt.

52. 1. *Sulla,* Gemahl der Antonia, der Tochter des Claudius, wird im J. 58 von Nero nach Marseille verbannt und dort im J. 62 auf Befehl desselben ermordet. | *Otho* ist Bruder des gleichnamigen Kaisers. Agr. 6 heifst er Salvius Titianus. | Der Vater des *Furius Camillus* hatte im J. 42 sich als Legat von Dalmatien empört, war aber von den Soldaten bald im Stich gelassen und tötete sich auf der Insel Issa. | 2. *quasi* 'weil er angeblich'. Dieselbe Bedeutung hat das folgende *ut.* | 3. *adnectebatur crimini* 'mit in die Anklage verstrickt wurde'. | 4. *casus prioris impatiens* — und weil sie sich daran beteiligt hätte. | *arma movere* statt *bellum movere* (Cic. de off. 1 § 36) auch hist. 3, 47; 5, 26. Umgekehrt *bellum sumere* (*πόλεμον αἱρεῖσθαι*) statt *arma sumere* z. B. 2, 45 nach Sall. Jug. 20, 5. | 5. *trahebat* d. h. er gab es dafür aus. | 7. *morte fortuita an — vulgavere.* In *ut quisque credidit, vulgavere* hat der Schriftsteller den Begriff des Ungewissen gelegt, von dem der Fragesatz abhängig gemacht werden konnte. Ebenso 14, 9 *aspexeritne matrem exaninem Nero et formam corporis eius laudaverit, sunt qui tradiderint, sunt qui abnuant.* | 8. Die *mathematici* oder *Chaldaei* sind Astrologen. | 9. *et* statt *sed,* wie 1, 13 *avidum et minorem,* 14, 65 *magna moles et inprospera,*

laudati dehinc oratione principis, qui ob angustias familiares ordine senatorio sponte cederent, motique, qui remanendo inpudentiam paupertati adicerent.

53 Inter quae refert ad patres de poena feminarum, quae servis coniungerentur; statuiturque, ut ignaro domino ad id prolapsae in servitute, sin consensisset, pro libertis haberentur. Pallanti, quem repertorem eius relationis ediderat Caesar, praetoria insignia et centiens quinquagiens sestertium censuit consul designatus Barea Soranus. additum a Scipione Cornelio grates publice agendas, quod regibus Arcadiae ortus veterrimam nobilitatem usui publico postponeret seque inter ministros principis haberi sineret. adseveravit Claudius contentum honore Pallantem intra priorem paupertatem subsistere. et fixum est aere publico senatus consultum, quo libertinus sestertii ter miliens possessor antiquae parsimoniae laudibus cumulabatur.

54 At non frater eius, cognomento Felix, pari moderatione agebat, iam pridem Iudaeae inpositus et cuncta malefacta sibi inpune ratus tanta potentia subnixo. sane praebuerant Iudaei speciem motus orta seditione, postquam *** cognita caede eius haud obtemperatum esset, manebat metus, ne quis principum eadem imperitaret. atque interim Felix intempestivis remediis delicta accendebat, aemulo ad deterrima Ventidio Cumano, cui pars provinciae habebatur, ita divisis, ut huic

---

hist. 2, 20 *speciosis et inritis nominibus,* 4, 33 *maior numerus et* (Madvig fälschlich *sed*) *inbellior*. Vgl. 14, 15 zu *maerens Burrus ac laudans*. | 11. Schon im J. 48 hatte Claudius als Censor den Senat purificiert. Vgl. 11, 25.

53. 3. *in servitute,* nämlich des Herrn des betreffenden Sklaven, wenn ersterer sie denunzierte. Das Gesetz, bei den Juristen das ‘senatus consultum Claudianum’ genannt, enthielt noch eine Menge einzelner Bestimmungen und läſst vermuten, daſs solche Fälle nicht selten waren. | *haberentur* bildet, da es auch zu *in servitute* gehört, ein Zeugma, s. zu 2, 44, 8. | 4. Über Pallas s. zu 11, 29. | 5. *censuit* c. Acc., s. zu Kap. 38, 4. | 6. Soranus ward im J. 66 angeklagt und zum Tode verurteilt. | Über Scipio, den Gemahl der im J. 47 zum Selbstmord getriebenen Poppaea, s. zu 11, 2. | 7. *regibus Arcadiae.* Diese Schmeichelei bezieht sich auf eine alte Sage, die Vergil und Livius erwähnen und derzufolge arkadische Einwanderer unter Evander den Palatinus besetzt haben sollten. Verg. Aen. 8, 51 *Arcades his oris, genus a Pallante profectum — delegere locum et posuere in montibus urbem Pallantis proavi de nomine Pallanteum.* | 11. *aere publico.* Es war eine Erztafel, an einer Statue des Julius Caesar befestigt. Plin. ep. 8, 6, 13.

54. 1. Antonius Felix, wahrscheinlich seit 48 Prokurator von Judäa, ist derselbe, vor welchem Paulus im J. 59 gepredigt hat. Sein Nachfolger ist Festus. Vgl. hist. 5, 9. | 3. *inpune,* statt eines prädikativen Adjektivs, s. zu 1, 72 *dicta inpune erant.* | 4. *seditione.* Die nach *postquam* folgende Lücke ist nach hist. 5, 9 etwa so auszufüllen: *Gai Caesaris effigiem in templo locare iussi sunt; et cum* ctt. | 8. Über den Dativ *cui* s. zu 1, 1. | Das Subjekt zu *divisis* ist aus dem Zusammenhange zu

Galilaeorum natio, Felici Samaritae parerent, discordes olim et tum contemptu regentium minus coercitis odiis. igitur raptare inter se, immittere latronum globos, componere insidias et aliquando proeliis congredi, spoliaque et praedas ad procuratores referre. hique primo laetari, mox gliscente pernicie cum arma militum interiecissent, caesi milites; arsissetque bello provincia, ni Quadratus Suriae rector subvenisset. nec diu adversus Iudaeos, qui in necem militum proruperant, dubitatum, quin capite poenas luerent: Cumanus et Felix cunctationem adferebant, quia Claudius causis rebellionis auditis ius statuendi etiam de procuratoribus dederat. sed Quadratus Felicem inter iudices ostentavit, receptum in tribunal, quo studia accusantium deterrerentur; damnatusque flagitiorum, quae duo deliquerant, Cumanus, et quies provinciae reddita.

Nec multo post agrestium Cilicum nationes, quibus Cli- 55
tarum cognomentum, saepe et alias commotae, tunc Troxobore

---

entnehmen: *incolae* oder *provinciales*. | 9. Die Galiläer wohnten zwischen Samaria und Syrien. Sie waren im Norden meist Syrer, also Heiden; dagegen wohnten im Süden viele Juden. | Die Samariter, südlich von Galiläa, sind die Nachkommen der assyrischen und aramäischen Einwanderer, welche Salmanassar 722 als Ersatz für die weggeführten Israeliten nach Palästina geschickt hatte. Ihre Feindschaft mit den Juden, von dem Tempelbau nach dem Exil herrührend, ist bekannt; dafs sie auch mit den Galiläern verfeindet waren, wird sonst nicht erwähnt, kann aber durch die Nähe der jüdischen Bevölkerung in Süd-Galiläa erklärt werden. | *olim* in der Bedeutung 'seit langer Zeit, von jeher' gebraucht Tac. vorzugsweise in Appositionen vgl. hist. 1, 60. 67; 2, 7. 92; ann. 6, 24; 12, 66; 15, 51. 55; 16, 21. So schon Hor. sat. 1, 1, 25 *ut pueris olim dant crustula blandi doctores* (Heraeus zu hist. 1, 60). | 11. *globus* statt *caterva, multitudo,* wie Kp. 14; 43 und oft; dieselbe Verbindung *inmittere latronum globos* (wobei das Bild der wilden in die Arena gelassenen Bestien vorschwebt) auch 2, 64. | 16. *adversus* 'gegenüber', ganz allgemein das Verhältnis, die Stellung einer Person oder Sache gegenüber bezeichnend, häufig bei Tac. 1, 65; 3, 18; 6, 13 u. a. Vgl. Ps. Cic. ad Brut. 1, 16, 1 (Brut.) *aude negare servientis adversus regem istas esse preces,* ib. § 2 *certe decet* (sc. *magnifice loqui*) *adversus ignorantes*. Schon in klassischer Prosa, z. B. Cic. de off. 3, 29, 108 *cum iusto enim et legitimo hoste res gerebatur, adversus quem et totum ius fetiale et multa sunt iura communia*. Dafs *adversus* mit seinem Kasus sozusagen ein Satzglied für sich bildet, vergleichbar *de* oder in c. Abl. (s. zu ann. 2, 41, 13 *in Druso, patre eius, favorem*), zeigt de off. 1, 28, 99 *adhibenda est igitur quaedam reverentia adversus homines et optimi cuiusque et reliquorum,* wo 'sich *adversus* auf den ganzen Satz bezieht, während *et optimi et reliquorum* von *reverentia* abhängen' (Müller). Auch ann. 13, 17 *adeo turbidis imbribus, ut vulgus iram deum portendi crediderit adversus facinus* ist es sehr fraglich, ob *adversus* von *iram deum* abhängig ist ('über') und nicht vielmehr selbständig steht 'gegenüber'. Besonders charakteristisch ist 13, 25 *adversus ignaros adeo*. | 18. *quia* 'indem, denn', s. zu 3, 9, 7. | 19. *dederat,* nämlich dem Quadratus.

55. 1. Die *Clitae,* von welchen Tac. auch 6, 41 ähnliches erzählt, sind sonst unbekannt. | 2. *cognomentum* 'Name', s. zu 1, 31, 22. |

duce montes asperos castris cepere atque inde decursu in litora aut urbes vim cultoribus et oppidanis ac plerumque in mercatores et navicularios audebant. obsessaque civitas Anemuriensis, et missi e Suria in subsidium equites cum praefecto Curtio Severo turbantur, quod duri circum loci peditibusque ad pugnam idonei equestre proelium haud patiebantur. dein rex eius orae Antiochus blandimentis adversum plebem, fraude in ducem cum barbarorum copias dissociasset, Troxobore paucisque primoribus interfectis ceteros clementia composuit.

56 Sub idem tempus inter lacum Fucinum amnemque Lirim perrupto monte, quo magnificentia operis a pluribus viseretur, lacu in ipso navale proelium adornatur, ut quondam Augustus structo trans Tiberim stagno, sed levibus navigiis et minore copia ediderat. Claudius triremes quadriremesque et undeviginti hominum milia armavit, cincto ratibus ambitu, ne vaga effugia forent, ac tamen spatium amplexus ad vim remigii, gubernantium artes, impetus navium et proelio solita. in ra-

---

3. *montes asperos castris* (Dat.) *cepere* wie Agr. 20 *loca castris ipse capere* und hist. 2, 5 nach Analogie von Caesars bekannter Verbindung *locum castris deligere.* | 4. Die Abwechselung des Dativs mit der Präposition *in* auch 13, 21 *ultionem in delatores et praemia amicis obtinuit,* 4, 9 *memoriae Drusi eadem, quae in Germanicum decernuntur,* 4, 2 *fiducia ipsis, in ceteros metus.* | 5. Anemurium war eine Seestadt im westlichen Cilicien. | 9. Als der Vater dieses Antiochus III. im J. 17 n. Chr. starb, vereinigte Tiberius sein Reich Kommagene (nördlich von Syrien) mit der Provinz Syrien. Caligula gab es dem Sohne zurück, nahm es ihm wieder, und Claudius setzte ihn abermals auf den Thron, den er bis zum J. 72 behielt. Da setzte ihn Vespasian ab, weil er angeblich die Parther begünstigt hatte. Seitdem kam das Land wieder zu Syrien und ward im vierten Jahrh. die *Euphratensis provincia.* | Die Präposition *adversum* wechselt mit *in,* wie Kp. 20 *quanta pervicacia in hostem, tanta beneficentia adversus supplices utendum.*

56. 1. Durch die Ablassung des Fuciner Sees, der im Gebiete der Marser lag, wollte man Land für den Ackerbau gewinnen. Der Abzugskanal, zum Teil ein Tunnel, führte das Wasser $^3/_5$ Meilen westlich in den oberen Liris. Elf Jahre lang arbeiteten 30 000 Menschen daran, aber der Zweck ward nicht erreicht. Erst in neuerer Zeit gelang die Austrocknung des Sees. | 3. *lacu in ipso.* Über die Anastrophe s. Einl. § 116, c. | 4. *trans Tiberim.* Dort lag die Naumachia Augusti in den Gärten des Caesar am Fufse des Janiculum. Das Bassin war 1800′ lang und 1200′ breit. Auf den dort kämpfenden Schiffen (30 Triremen und Biremen nebst kleineren Fahrzeugen) befanden sich 3000 Kämpfer. | 5. *triremes.* Nach Dio 60, 33 standen auf jeder Seite 50 Fahrzeuge. Man nannte scherzweise die eine Partei die Sikuler, die andere die Rhodier. | 7. *ad vim.* Diese energische Kürze im Gebrauche der Präposition *ad* ist häufig z. B. Cic. ad fam. 3, 10, 6 *ubi ego cuiquam legationi fui impedimento, quominus Romam ad laudem tuam mitteretur,* Liv. 3, 63, 4 *Sabini castra hosti ad praedam reliquerunt,* Curt. 9, 1, 31 *ad venandum canes,* Sen. exc. contr. III pr. 9 *alii ad aprum, alii ad cervum canes faciunt.* (Seyffert-Müller zu Laelius 10, 35 S. 252). | 8. *proelio solita* wie 13, 9 *solitam prioribus reverentiam* u. a. Der Dativ nach dem Vorgang

tibus praetoriarum cohortium manipuli turmaeque adstiterant, antepositis propugnaculis, ex quis catapultae ballistaeque tenderentur. reliqua lacus classiarii tectis navibus obtinebant. ripas et colles montiumque edita in modum theatri multitudo innumera complevit, proximis e municipiis et alii urbe ex ipsa, visendi cupidine aut officio in principem. ipse insigni paludamento neque procul Agrippina chlamyde aurata praesedere. pugnatum quamquam inter sontes fortium virorum animo, ac post multum vulnerum occidioni exempti sunt.

Sed perfecto spectaculo apertum aquarum iter. incuria 57
operis manifesta fuit, haud satis depressi ad lacus ima vel media. eoque, tempore interiecto, altius effossi specus, et contrahendae rursum multitudini gladiatorum spectaculum editur, inditis pontibus pedestrem ad pugnam. quin et convivium effluvio lacus adpositum magna formidine cunctos adfecit, quia vis aquarum prorumpens proxima trahebat, convulsis ulterioribus aut fragore et sonitu exterritis. simul Agrippina trepidatione principis usa ministrum operis Narcissum incusat cupidinis ac praedarum. nec ille reticet, inpotentiam muliebrem nimiasque spes eius arguens.

D. Iunio Q. Haterio consulibus sedecim annos natus Nero 58
Octaviam Caesaris filiam in matrimonium accepit. utque studiis honestis *et* eloquentiae gloria enitesceret, causa Iliensium

---

Vergils Aen. 11, 383 *solitum tibi.* | 9. Die Prätorianer dienten zur Bewachung der Kämpfer, welche alle aus Verbrechern bestanden. | 10. *antepositis* = *ante se positis.* Ähnlich 1, 50 *non antepositis vigiliis.* Die *propugnacula* werden Gerüste von Holz gewesen sein. Dio 60, 33 τεῖχός τε περὶ αὐτὴν ξύλινον κατεσκεύασε καὶ ἴκρια ἐπήξεν. | *tendere,* wie beim Bogenschiefsen, 'anspannen' d. h. 'in Thätigkeit setzen'. | 12. *montiumque edita.* Vgl. 4, 46 *qui montium editis — agitabant.* | 13. *et alii* statt *alii — alii,* s. zu Kp. 41 *et alii per speciem honoris.* | 14. *officio* 'aus schuldiger Rücksicht, Aufmerksamkeit'. | 15. *aurata.* Nach Plinius n. hist. 33, 3, 63 war der Mantel nicht vergoldet, sondern von reinem Goldstoff, *auro textili sine alia materia.* Dio bezeichnet die Chlamys als διάχρυσος 'golddurchwirkt'. | 16. *sontes,* bei Dio 60, 33 θανάτῳ καταδεδικασμένοι. | 17. *post multum vulnerum.* Einl. § 40 am Ende.

57. 2. *depressi* 'vertieft, tief', vgl. 15, 42 *navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressuros promiserant.* | *vel media* setzt Tacitus zum Überflufs hinzu, da erfahrungsmäfsig die gröfste Tiefe in der Mitte eines Wasserbassins zu sein pflegt. | 3. *specus* 'Tunnel' durch den Bergrücken zwischen dem See und dem Liris. | 5. *inditis pontibus* d. h. über den See, dessen Wasser ja nur zum Teil abgelaufen waren. | *quin et* gehört blofs zu *adpositum,* nicht zu *adfecit,* so öfter die Negation *nec,* s. zu Kp. 7, 3. | 8. *fragore et sonitu,* 'mit donnerähnlichem Getöse' ἓν διὰ δυοῖν. | 9. *Narcissum incusat.* Sie hafste ihn, weil er dem Claudius die Aelia Paetina zur Gemahlin empfohlen hatte. | *cupidinis ac praedarum* 'der Habgier und Unterschlagung'; *cupidinis* subjektiv, *praedarum* objektiv, s. zu 1, 8, 6.

58. 1. D. Junius Silanus wird von Nero im J. 54 zum Selbstmord gezwungen. Haterius ist der Enkel des Redners Q. Haterius. | *sedecim.*

suscepta Romanum Troia demissum et Iuliae stirpis auctorem Aeneam aliaque haud procul fabulis vetera facunde executus perpetrat, ut Ilienses omni publico munere solverentur. eodem oratore Bononiensi coloniae igni haustae subventum centiens sestertii largitione. redditur Rhodiis libertas, adempta saepe aut firmata, prout bellis externis meruerant aut domi seditione deliquerant; tributumque Apamensibus terrae motu convulsis in quinquennium remissum.

59 At Claudius saevissima quaeque promere adigebatur eiusdem Agrippinae artibus, quae Statilium Taurum opibus inlustrem hortis eius inhians pervertit accusante Tarquitio Prisco. legatus is Tauri Africam imperio proconsulari regentis, postquam revenerant, pauca repetundarum crimina, ceterum magicas superstitiones obiectabat. nec ille diutius falsum accusatorem, indignas sordes perpessus, vim vitae suae attulit ante sententiam senatus. Tarquitius tamen curia exactus est, quod patres odio delatoris contra ambitum Agrippinae pervicere.

60 Eodem anno saepius audita vox principis, parem vim rerum habendam a procuratoribus suis iudicatarum, ac si ipse statuisset. ac ne fortuito prolapsus videretur, senatus quoque consulto cautum plenius quam antea et uberius. nam divus

---

Erst am Ende dieses Jahres, d. 15. Dezember 53, erreichte Nero dies Alter. | 4. *demissus* statt *ortus* wie Verg. Aen. 1, 288 *Iulius a magno demissum nomen Iulo,* Hor. sat. 2, 5, 63 *ab alto demissum genus Aenea.* | 5. *haud procul fabulis* 'an das Gebiet der Sage streifend'. | 6. *perpetrare ut* und *perpetrare ne* 14, 11, sonst nicht nachgewiesen. | *omni publico munere.* Da schon Caesar den Bewohnern von Troja Abgabenfreiheit gewährt hatte, so ist entweder anzunehmen, dafs ihnen dieselbe inzwischen wieder genommen war oder dafs jetzt auch die Befreiung von dem *tributum,* der Ablösungssumme für den seit Augustus den Provinzen abgenommenen Militärdienst, ausgesprochen wird. Letzteres ist am wahrscheinlichsten. | 7. *coloniae.* Bologna bestand schon seit Jahrhunderten, als die Römer im J. 189 v. Chr. eine Kolonie dorthin schickten. | *haurire,* vom Feuer gesagt, auch 3, 72; 15, 39, hist. 4, 60; s. zu 3, 72. | 8. Den Rhodiern hatte man im J. 44 n. Chr. ihre Autonomie entzogen, weil römische Bürger von ihnen gekreuzigt waren. | 10. Apamea im südlichen Phrygien, nahe bei der alten Hauptstadt Celaenae, war unter den Seleuciden gegründet.

59. 1. *adigere* mit dem Infinitiv, s. zu 4, 29, 9. | 2. Statilius Taurus war im J. 44, als Claudius aus Britannien zurückkehrte, Konsul. | 3. *hortis inhians,* wie 11, 1. | 6. *superstitiones.* Der Plural auch 11, 15; 14, 30. Ausländische Religionsgebräuche wurden zwar geduldet, waren aber ungesetzlich. Durch Zauberei machten sich höher gestellte Personen politisch verdächtig. | *nec* gehört seinem negativen Teile nach nur zu *perpessus,* vgl. *quin et* Kp. 57, 5 und s. zu Kp. 7, 3. | 8. *curia exactus.* Da wir ihn im J. 61 als Prokonsul von Bithynien wiederfinden, so mufs inzwischen seine Strafe aufgehoben sein.

60. 3. *prolapsus* 'zu weit gegangen', s. zu 3, 55, 6 *dites olim familiae nobilium aut claritudine insignes studio magnificentiae prolabeban-*

Augustus apud equestres, qui Aegypto praesiderent, lege agi decretaque eorum perinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani constituissent; mox alias per provincias et in urbe pleraque concessa sunt, quae olim a praetoribus noscebantur. Claudius omne ius tradidit, de quo totiens seditione aut armis certatum, cum Semproniis rogationibus equester ordo in possessione iudiciorum locaretur, aut rursum Serviliae leges senatui iudicia redderent, Mariusque et Sulla olim de eo vel praecipue bellarent. sed tunc ordinum diversa studia, et quae vicerant, publice valebant. C. Oppius et Cornelius Balbus primi Caesaris opibus potuere condiciones pacis et arbitria belli tractare. Matios posthac et Vedios et cetera equitum Romanorum praevalida nomina referre nihil attinuerit, cum Claudius libertos, quos rei familiari praefecerat, sibique et legibus adaequaverit.

Rettulit dein de inmunitate Cois tribuenda, multaque super 61
antiquitate eorum memoravit: Argivos vel Coeum Latonae pa-

---

tur. | 5. *equestres* als Substantiv auch 13, 10 *Julius Densus equester.* Vgl. Einl. § 5. | Nach der Schlacht bei Actium und dem Tode der Cleopatra machte Octavian Ägypten zur kaiserlichen Provinz unter einem Präfekten aus dem Ritterstande. Der erste war Cornelius Gallus. Diese Präfekten hatten dieselbe Macht wie die höheren Beamten (Prokonsuln, Proprätoren) aus den Zeiten der Republik (hier *magistratus Romani* genannt). | 8. *concessa sunt,* scil. *iis* d. i. *procuratoribus.* Die Ellipse des Dativs ist viel seltener als die des Accusativs, vgl. hist. 1, 51 *hoc enim nomen fastidito Vindice indiderant* sc. *iis.* | *noscere* statt *cognoscere,* wie 6, 9 *Scauri causam ut ipse cum senatu nosceret, distulit.* | 9. *omne ius tradidit,* scil. *procuratoribus.* Er dehnte ihre Kompetenz in ihrer Provinz auf alles aus. | 10. *Semproniis.* Durch die *lex iudiciaria* des C. Sempronius Gracchus (123) gingen die Gerichte von den Senatoren zu den Rittern über. | 11. *Serviliae.* Es ist nur ein Gesetz gemeint, das des Konsuls Q. Servilius Caepio 106. Denn der Tribun C. Servilius Glaucia gab schon 104 durch eine andere *lex Servilia* die Gerichte den Rittern zurück. Nachdem die *lex Plautia* im J. 89 dem Senat wieder einigen Anteil an der Jurisdiktion gewährt hatte, ward dieser Stand im J. 82 durch die *lex iudiciaria* des Sulla allein dazu berufen. | 13. *ordinum* im Gegensatze gegen einzelne Personen, die nachher erwähnt werden. | *quae vicerant* 'was sie durchgesetzt hatten'. *quae* ist Acc. des inneren Objekts. So kann das pronominale Neutrum bei allen Verben stehen. Derselbe Accusativ (das Mafs bezeichnend) z. B. Hor. C. 3, 6, 5 *dis te minorem quod geris, imperas.* | 14. *Oppius* und der ältere *Balbus* waren einflufsreiche Freunde des Caesar, *C. Matius* und *Vedius Pollio* ebenso mächtig unter Augustus. | 18. *libertos.* Aufser den oft erwähnten (Narcissus, Pallas, Callistus) gehören zu ihnen: Polybius, Posides, Arpocras, Myron, Amphaeus, Pheronastus und Felix.

61. 1. Kos ist eine dorische Insel, nordwestlich von Rhodus. | *super antiquitate eorum.* Die folgenden Notizen des Claudius hängen mit seinen geschichtlichen Studien zusammen. Er brachte seine Gelehrsamkeit gern an den Mann und als Dichter citierte er oft den Homer. Vgl. Suet. 41 und 42. | 2. Der Titan *Coeus* (*Κοῖος*) zeugte nach Hesiodus mit

rentem vetustissimos insulae cultores; mox adventu Aesculapii artem medendi inlatam maximeque inter posteros eius celebrem fuisse, nomina singulorum referens et quibus quisque aetatibus viguissent. quin etiam dixit Xenophontem, cuius scientia ipse uteretur, eadem familia ortum, precibusque eius dandum, ut omni tributo vacui in posterum Coi sacram et tantum dei ministram insulam colerent. neque dubium habetur multa eorundem in populum Romanum merita sociasque victorias potuisse tradi: sed Claudius, facilitate solita quod uni concesserat, nullis extrinsecus adiumentis velavit.

62 At Byzantii data dicendi copia, cum magnitudinem onerum apud senatum deprecarentur, cuncta repetivere. orsi a foedere, quod nobiscum icerant, qua tempestate bellavimus adversus regem Macedonum, cui ut degeneri Pseudophilippi vocabulum inpositum, missas posthac copias in Antiochum, Persen, Aristonicum, et piratico bello adiutum Antonium memorabant, quaeque Sullae aut Lucullo aut Pompeio obtulissent, mox recentia in Caesares merita, quando ea loca insiderent, quae transmeantibus terra marique ducibus exercitibusque, simul vehendo commeatu opportuna forent.

63 Namque artissimo inter Europam Asiamque divortio Byzantium in extrema Europa posuere Graeci, quibus Pythium Apollinem consulentibus, ubi conderent urbem, redditum ora-

---

seiner Schwester Phoebe die Latona. | 3. *Aesculapii.* Kos ist ein uralter Sitz des Asklepiosdienstes und das Vaterland der Asklepiaden, aus denen berühmte Ärzte, z. B. Hippokrates, hervorgingen. | 5. Das Particip *referens,* noch zum regierenden Verb *rettulit* gehörig, ist um so auffälliger, als es noch einen indirekten Fragesatz regiert. Als Parenthese bei Cic. nat. d. 1, 7, 17 *mihi vero, inquit Cotta, videtur. sed ut hic, qui intervenit (me intuens) ne ignoret, quae res agatur: de natura agebamus deorum.* Ähnlich acad. 1, 1, 2 *ad hunc enim ipsum (me autem dicebat) quaedam institui,* Isocrat. Panath. c. 85 *σὺ μὲν πεποίησαι τοὺς λόγους (ἐμὲ λέγων) ὡς ἂν ἅπαντ' ἀποδεχομένου μου τἀκείνων.* | 6. Dieser Xenophon ist der Arzt, der nach Kp. 67 den Kaiser vergiftet. | 7. *eadem familia,* näml. der Asklepiaden. | 11. *potuisse.* Über den Infinitiv nach den negativen Ausdrücken des Zweifels s. Einl. § 80.

62. 3. *icerant,* vgl. 4, 55 *icta nobiscum foedera.* Die Form *iceram* steht Plaut. mil. 28, *iceras* Cic. Pis. 12, 28. | 4. Pseudophilipp, ein angeblicher Sohn des Perseus, ward 148 von Metellus geschlagen. | 5. *vocabulum*, s. zu Kp. 27, 3. | *posthac* bezieht sich nicht auf das vorige Faktum, sondern nur auf das folgende *memorabant.* | Antiochus ward 190 von Scipio bei Magnesia, Perseus 168 von Aemilius Paulus bei Pydna, Aristonicus in Pergamum 130 und 129 von Perperna und Aquilius besiegt. | 6. M. Antonius, Sohn des Redners und Vater des Triumvirn Antonius, ward 74 von den Seeräubern geschlagen und starb 72, als er Creta angriff. | 7. *Sullae aut Lucullo,* im Mithridatischen Krieg. | *aut Pompeio,* im Mithrid.- und im Piratenkrieg. | 10. *vehendo commeatu* ist Dativ, abhängig von *opportuna.*

63. 2. *Graeci,* nämlich zuerst die Megarer, 658 v. Chr., welche bereits das gegenüberliegende Chalcedon im J. 675 gegründet hatten. |

culum est, quaererent sedem caecorum terris adversam. ea ambage Chalcedonii monstrabantur, quod priores illuc advecti, praevisa locorum utilitate, peiora legissent. quippe Byzantium fertili solo, fecundo mari, quia vis piscium inmensa Pontum erumpens et obliquis subter undas saxis exterrita omisso alterius litoris flexu hos ad portus defertur. unde primo quaestuosi et opulenti; post magnitudine onerum urgente finem aut modum orabant, adnitente principe, qui Thraecio Bosporanoque bello recens fessos iuvandosque rettulit. ita tributa in quinquennium remissa.

64 M. Asinio M'. Acilio consulibus mutationem rerum in deterius portendi cognitum est crebris prodigiis. signa ac tentoria militum igne caelesti arsere. fastigio Capitolii examen apium insedit. biformes hominum partus et suis fetum editum, cui accipitrum ungues inessent, *memorant*. numerabatur inter ostenta deminutus omnium magistratuum numerus, quaestore, aedili, tribuno ac praetore et consule paucos intra menses defunctis. sed in praecipuo pavore Agrippina, vocem Claudii, quam temulentus iecerat, fatale sibi, ut coniugum flagitia ferret, dein puniret, metuens, agere et celerare statuit, perdita prius Domitia Lepida muliebribus causis, quia Lepida minore Antonia

---

4. *caecorum;* nach Herod. 4, 144 nannte sie der Perser Megabazos so. | *ea ambage* 'durch diesen rätselhaften Ausdruck', wie hist. 5, 13 *quae ambages Vespasianum ac Titum praedixerat,* ann. 6, 46 *non abdita ambage* (d. h. ganz unumwunden). | 6. *praevisa* (koncessiv) statt *prius visa.* Vgl. zu Kp. 40. | 7. *vis piscium . . . Pontum erumpens,* vgl. Sall. hist. 3, 53 Kr., 41 D. *qua tempestate ex Ponto vis piscium erumpit.* | 8. *erumpere* mit dem Accusativ nach Verg. Aen. 1, 580 *iam dudum erumpere nubem ardebant.* So konstruiert Tacitus egredi, exire, elabi. | Die Ursache des Fischreichtums, fälschlich durch *obliquis subter undas* ctt. bezeichnet, wird in der Richtung der Meeresströmung liegen. | 9. *quaestuosus* 'gewinnreich', auch 13, 35. | 11. *Thraecio,* im J. 46; *Bosporano,* im J. 49. | 12. *recens fessos,* s. zu 11, 25, 12.

64. 1. Asinius Marcellus fungiert im J. 61 als Zeuge bei einer Testamentsfälschung, wird überführt, aber von Nero begnadigt. Er ist ein Urenkel des Redners Asinius Pollio. Vgl. 14, 40. | Acilius Aviola, dessen gleichnamiger Vater im J. 21 als Proprätor gegen den Aufruhr in Gallien gekämpft hatte, ist 65 Prokonsul von Asia, später Curator aquarum. | 2. *prodigiis.* Noch mehr Prodigia führt Dio an, darunter einen Kometen. Ähnliche werden oft von Livius erwähnt. | 4. *insidĕre* verbindet Tac. sonst immer mit dem Acc., weshalb Nipperdey *fastigium* schreibt. | *biformes* d. h. Hermaphroditen. | 5. *memorant* wie 2, 47 *sedisse inmensos montes, visa in arduo, quae plana fuerint, effulsisse inter ruinam ignes memorant.* | 7. *ac praetore et consule.* Auf ein Asyndeton folgen koordinierende Partikeln wie 1, 11 *quot classes, regna, provinciae, tributa aut vectigalia et necessitates ac largitiones,* 11, 6 *inimicitias accusationes, odia et iniurias,* 12, 17. 39 und öfter. | 8. *vocem Claudii* ctt. Vgl. Dio 60, 34 *ὁ δὲ Κλαύδιος — οὐκ ἤνεγκε τὸ γιγνόμενον, ἀλλ' ἐκείνην τε καταλῦσαι καὶ τὸν υἱὸν διάδοχον τῆς ἀρχῆς ἀποδεῖξαι παρεσκευάζετο. μαθοῦσα δὲ ταῦτα ἡ Ἀγριππῖνα ἐφοβήθη καὶ αὐτὸν προκαταλαβεῖν φαρμάκῳ ἠθέλησεν.* | 11. *minore* ist falsch statt *maiore,* denn die Mutter der Domitia

genita, avunculo Augusto, Agrippinae sobrina prior ac Gnaei mariti eius soror, parem sibi claritudinem credebat. nec forma aetas opes multum distabant; et utraque inpudica, infamis, violenta, haud minus vitiis aemulabantur, quam si qua ex fortuna prospera acceperant. enimvero certamen acerrimum, amita potius an mater apud Neronem praevaleret: nam Lepida blandimentis ac largitionibus iuvenilem animum devinciebat, truci contra ac minaci Agrippina, quae filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat.

65 Ceterum obiecta sunt, quod coniugem principis devotionibus petivisset quodque parum coercitis per Calabriam servorum agminibus pacem Italiae turbaret. ob haec mors indicta, multum adversante Narcisso, qui Agrippinam magis magisque suspectans prompsisse inter proximos ferebatur certam sibi perniciem, seu Britannicus rerum seu Nero poteretur; verum ita de se meritum Caesarem, ut vitam usui eius inpenderet. convictam Messalinam et Silium. pares iterum accusandi causas esse. si Nero imperitaret Britannico successore, nullum principi metum: at novercae insidiis domum omnem convelli

---

Lepida war Antonia maior, wogegen Antonia minor die des Germanicus war. | 12. *avunculus* 'Großoheim' statt *avunculus magnus*. Ebenso 2, 43 und öfter. Octavia, Schwester des Octavian, war die Mutter der beiden Antonien. | *sobrina prior* 'als Sobrine um einen Grad näher', weil Domitia die Tochter der Antonia maior, Agrippina aber die Enkelin der Antonia minor ist. | *Gnaei,* nämlich *Domitii,* welcher Vater des jungen Nero war. | 15. *si qua . . . prospera* 'in den Gütern, die sie etwa' | 19. *dare* scil. *quibat,* aus dem folgenden *nequibat* zu ergänzen, wie 13, 56, 6. Vgl. Cic. acad. 2, 41, 126 *an Stoicis ipsis inter se disceptare, cum iis non licebit?,* Brut. 74, 259 *existumabatur bene Latine, sed litteras nesciebat,* und höchst seltsam de fin. 4, 3, 7 *totum genus hoc Zeno et qui ab eo sunt aut non potuerunt aut noluerunt* (sc. *tractare*), *certe reliquerunt* (= *non tractaverunt*). Häufiger noch die umgekehrte Erscheinung der Brachylogie, daß zum zweiten Gliede aus dem ersten das Verbum im entgegengesetzten Sinne zu ergänzen ist, s. Seyffert-Müller zu Lael. 16, 59 S. 387—388.

65. 1. *obiecta sunt, quod* u. s. w. Man erwartet *obiectum est,* vgl. hist. 1, 84 *muta ista et inanima intercidere ac reparari promisca sunt,* Cic. de lege agr. 2 § 102 *ea ne accidere possent, provisa sunt,* Liv. 34, 19, 2 *cum incerta bellum an pax cum Celtiberis essent.* | 5. *prompsisse* 'sich ausgelassen, geäußert haben' in der Prosa vor Tacitus in dieser Bedeutung selten vgl. 3, 36. 71; 15, 60. | 6. *seu Britannicus* ctt. Den Britannicus mußte Narciß fürchten, weil er die Mutter desselben, Messalina, gestürzt hatte; den Nero, weil er mit dessen Mutter Agrippina verfeindet war. | 8 ff. *convictam Messalinam* ctt. Der Gedankengang ist folgender: Er habe die Messalina und den Silius überführt. Jetzt liege dieselbe Ursache (Agrippina und Pallas) zu einer Anklage vor. Zwar brauchte Claudius es nicht zu fürchten, wenn Nero herrschen solle und Britannicus zum Nachfolger desselben bestimmt werde. Aber durch die Ränke der Agrippina gehe das ganze Haus (vor allem der Kaiser selbst) zu Grunde. — Statt *meritum* ist also *metum* zu lesen, sonst nichts zu

maiore flagitio, quam si inpudicitiam prioris coniugis reticuisset. quamquam ne inpudicitiam quidem nunc abesse Pallante adultero, ne quis ambigat decus pudorem corpus, cuncta regno viliora haberi. haec atque talia dictitans amplecti Britannicum, robur aetatis quam maturrimum precari, modo ad deos, modo ad ipsum tendere manus, adolesceret, patris inimicos depelleret, matris etiam interfectores ulcisceretur.

In tanta mole curarum valetudine adversa corripitur, re- 66
fovendisque viribus mollitia caeli et salubritate aquarum Sinuessam pergit. tum Agrippina, sceleris olim certa et oblatae occassionis propera nec ministrorum egens, de genere veneni consultavit, ne repentino et praecipiti facinus proderetur; si lentum et tabidum delegisset, ne admotus supremis Claudius et dolo intellecto ad amorem filii rediret. exquisitum aliquid placebat, quod turbaret mentem et mortem differret. deligitur artifex talium vocabulo Locusta, nuper veneficii damnata et diu inter instrumenta regni habita. eius mulieris ingenio pa-

---

ändern. | 11. *maiore flagitio* sc. *sui* 'und das (ruhig mit anzusehen, geschehen zu lassen) wäre eine gröſsere Schändlichkeit von ihm'. Im Abl. *modi* (einem Adverbium des Urteils vergleichbar) liegt die Pointe des Gedankens, er bildet das logische Prädikat, vgl. Heraeus zu hist. 2, 46, 10 *maiore animo tolerari adversa quam relinqui* ('es zeuge von gröſserem Mut') und s. zu ann. 1, 18, 9 *leviore flagitio legatum interficietis quam ab imperatore desciscitis.* | 12. *Pallante adultero.* Sie beging überhaupt Ehebruch zu politischen Zwecken. Vgl. 14, 2 am Ende. | 13. Über *ambigere* mit Acc. c. inf. s. zu 6, 28, 24.

66. 1. *valetudine adversa.* Er hatte das Podagra. Dio 60, 34 *ὕδασι τοῖς ἐκεῖ πρὸς τὴν ποδάγραν χρησόμενον.* | 2. Sinuessa an der Küste Campaniens war durch seine warmen Bäder berühmt. | 3. *sceleris olim certa.* Über den Genetiv s. 4, 34, 7. | 4. Über *properus* mit dem Genetiv s. zu 11, 26, 10. | 5. *consultavit, ne ... ne,* vgl. Cic. de off. 2, 7, 25 *praemittebat de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres et, ne quod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent.* '*Ne* ähnlich wie nach *videre* und den Verben des Fürchtens dasjenige einleitend, was das übergeordnete Subjekt gern verhütet wissen möchte: Deutsch 'ob auch nicht etwa', aber nicht mit *nĕ* zu verwechseln. So Cic. ad fam. 15, 14, 4 *considera, ne in alienissumum tempus cadat adventus tuus,* ad fam. 4, 9, 4 *caput illud est, ut si ista vita tibi commodior esse videatur, cogitandum tamen sit, ne tutior non sit,* Plaut. mil. 1137 *circumspicite, ne quis adsit arbiter*'. C. F. W. Müller. | *repentino et praecipiti* = *si repentinum et praeceps delegisset.* | 7. *et* nach *admotus* überflüssig, s. 1, 55, 3 (Kap. 67, 5). | 8. *quod turbaret mentem.* Wenn er davon besinnungslos ward, so konnte das nicht auffallen, weil er sich oft beim Mahl so berauschte, daſs man ihn hinaustragen muſste. | 9. *vocabulum* s. zu Kap. 27, 3. | Locusta bereitet auch das Gift, durch welches Britannicus im J. 55 getötet wird. Erst unter Galba ward sie nebst Helius, Patrobius und anderen Günstlingen des Nero hingerichtet. | 10. *instrumenta regni* 'Hausrat, Inventar, Faktotum des Hofes', vgl. (Cic. Verr. 4 § 97 *in instrumento atque supellectile Verris*) hist. 1, 22 *multos secreta Poppaeae mathematicos, pessimum principalis matrimonii instrumentum, habuerant,* 1, 20 *instrumenta vitiorum.* | *ingenio* 'Erfindungsgabe' wie 14, 3; 15, 42;

ratum virus, cuius minister e spadonibus fuit Halotus, inferre epulas et explorare gustu solitus.

67 Adeoque cuncta mox pernotuere, ut temporum illorum scriptores prodiderint infusum delectabili cibo, boleto, venenum, nec vim medicaminis statim intellectam, socordiane an Claudii vinolentia; simul soluta alvus subvenisse videbatur. igitur exterrita Agrippina et, quando ultima timebantur, spreta praesentium invidia provisam iam sibi Xenophontis medici conscientiam abhibet. ille tamquam nisus evomentis adiuvaret, pinnam rapido veneno inlitam faucibus eius demisisse creditur, haud ignarus summa scelera incipi cum periculo, peragi cum praemio.

68 Vocabatur interim senatus votaque pro incolumitate principis consules et sacerdotes nuncupabant, cum iam exanimis vestibus et fomentis obtegeretur, dum quae res forent firmando Neronis imperio componuntur. iam primum Agrippina, velut dolore evicta et solacia conquirens, tenere amplexu Britannicum, veram paterni oris effigiem appellare ac variis artibus demorari, ne cubiculo egrederetur. Antoniam quoque et Octaviam sorores eius attinuit, et cunctos aditus custodiis clauserat, crebroque vulgabat ire in melius valetudinem principis, quo

---

hist. 1, 57 u. a., cf. Sall. Cat. 51, 8 *sin magnitudo sceleris omnium ingenia exsuperat* ('alle Phantasie'). Ursprünglich 'Mutterwitz, angeborner Verstand'. | 11. *Halotus* gehörte also zu den *praegustatores,* die schon seit Augustus am Hofe waren und ein Kollegium unter einem besonderen Vorsteher bildeten. Die Wichtigkeit des Amtes ist aus der Leichtigkeit und grofsen Verbreitung der Giftmorde erklärlich. Vgl. 13, 16 *delectus ex ministris* ctt.

67. 2. *scriptores,* z. B. Servilius Nonianus, Aufidius Bassus, Fabius Rusticus. Ihre Werke sind verloren. | *delectabili cibo* 'seinem Lieblingsgericht'. | *boleto,* auch von Plin. n. h. 22 § 92 erwähnt. Es soll der auch in Süddeutschland wachsende Kaiserschwamm sein (Agaricus caesareus Sch.). | 4. *soluta alvus.* Dasselbe Symptom wird bei der Vergiftung des Britannicus erwähnt. 13, 15. Nach Sueton hat Claudius das erste Gift wieder ausgebrochen. | 5. Über die Verbindung des kongruierenden Particips mit dem absoluten durch *et* s. Einl. § 120, b. | 7. *evomentis.* Diese Unsitte des Vomierens nach unmäfsigem Essen war schon zu Ciceros Zeit so gewöhnlich, dafs er in seinen Briefen davon spricht wie von einer alltäglichen Sache. Vgl. Sen. cons. ad Helv. 9, 10 *vomunt ut edant, edunt ut vomant.* | 8. *pinnam rapido veneno inlitam* statt *rapidum venenum pinnae inlitum* (wie Z. 2 *infusum delectabili cibo, boleto, venenum*), die bekannte 'Subjektsvertauschung', vgl. hist. 3, 56 *ut nube atra diem obtenderent* und s. zu ann. 2, 11, 7. | *faucibus,* poetischer Dativ der Personifikation wie *vox faucibus haesit* (Verg. Aen. 2, 774; 3, 48). | 9. *summa scelera — cum praemio* 'dafs es lohnend ist, die gröfsten Verbrechen (an höchstgestellten Personen) zu vollenden, wenn es auch gefahrvoll ist, sie zu beginnen'. Die beiden Glieder *incipi* und *peragi* stehen für den Gedanken hypotaktisch zu einander (*μέν — δέ*); über *cum periculo* und *cum praemio* vgl. Kp. 65, 11 und s. zu ann. 1, 18, 9.

68. 7. Antonia ist die Tochter der Paetina, Octavia und Britannicus sind Kinder der Messalina.

miles bona in spe ageret tempusque prosperum ex monitis Chaldaeorum adventaret.

Tunc medio diei tertium ante Idus Octobris, foribus pa- 69
latii repente diductis, comitante Burro Nero egreditur ad cohortem, quae more militiae excubiis adest. ibi monente praefecto faustis vocibus exceptus inditur lecticae. dubitavisse quosdam ferunt, respectantes rogitantesque, ubi Britannicus esset: mox nullo in diversum auctore, quae offerebantur, secuti sunt. inlatusque castris Nero et congruentia tempori praefatus, promisso donativo ad exemplum paternae largitionis, imperator consalutatur. sententiam militum secuta patrum consulta, nec dubitatum est apud provincias. caelestesque honores Claudio decernuntur et funeris sollemne perinde ac divo Augusto celebratur, aemulante Agrippina proaviae Liviae magnificentiam. testamentum tamen haud recitatum, ne antepositus filio privignus iniuria et invidia animos vulgi turbaret.

---

69. 1. *medio diei.* Der Genetiv wie 11, 21; 14, 2 u. a., Liv. 37, 29, 2. | *tertium ante* mit Anastrophe statt *ante diem tertium,* bei Tacitus gewöhnlich ohne *ante.* Dasselbe Datum haben Suet. 45 und Dio 60, 34 *τῇ τρίτῃ καὶ δεκάτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου.* | 3. *more militiae = more militari* 13, 2 u. a., Sall. Jug. 54, 1. | *monente* ist aoristisch, s. zu 11, 35 *praemonente Narcisso.* | 6. *in diversum,* wie Liv. 10, 25, 12 *nam in utrumque auctores sunt.* | 7. *castris,* näml. *praetoriis,* östlich vor der Stadt. | 8. *largitionis.* Claudius hatte jedem Prätorianer ein Donativum von 15000 Sesterzen gezahlt und dadurch diesen Mifsbrauch eingeführt. | 9. *patrum consulta.* Um der Form zu genügen, pflegte der Senat den Kaiser, wie früher das Volk die hohen Beamten, durch ein Gesetz *de imperio* zu bestätigen. Dies geschah noch in später Zeit, zuweilen sogar nach förmlicher Wahl, wie im J. 275 bei der Ernennung des Claudius Tacitus. | 10. *apud* 'in'. | 11. Claudius starb im 64. Lebensjahre. Nach Dios Berechnung hatte er 13 Jahre 8 Monate und 20 Tage regiert. Seneca beschimpfte den Ermordeten durch die *ἀποκολοκύντωσις* (statt *ἀπαθανάτισις*). Der Bruder des Seneca, L. Junius Gallio, machte den frivolen Witz: *τὸν Κλαύδιον ἀγκίστρῳ ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνενδεχθῆναι* (er sei mit dem Henkershaken d. h. durch eine Henkersthat in den Himmel gehoben). Nero endlich sagte, die Pilze seien doch eine 'Götterspeise' (*θεῶν βρῶμα· ὅτι καὶ ἐκεῖνος διὰ τοῦ μύκητος θεὸς ἐγεγόνει.* Dio 60, 35).

Dreizehntes Buch.

Inhalt.

Das Jahr 54 n. Chr. Silanus durch Agrippina vergiftet. Narcissus zum Selbstmord getrieben 1. Einflufs des Burrus und Seneca auf Nero. Die äufsere Stellung der Agrippina 2. Bestattung des Claudius. Nero hält ihm die Leichenrede 3. Guter Anfang seiner Regierung 4. Anmafsung der Agrippina 5. Die Parther fallen in Armenien ein. Urteile über Nero 6. Anordnungen für den Krieg im Orient. Corbulo in Armenien 7—8. Vologeses stellt Geiseln. Der Streit zwischen Corbulo und Quadratus wird beigelegt 9. Die Mäfsigung des Kaisers 10.

Das Jahr 55 n. Chr. Neros Milde 11. Agrippina sucht seine Liebe zu der Acte vergebens zu hindern 12—13. Pallas wird abgesetzt. Drohungen der Agrippina 14. Britannicus von Nero vergiftet 15—17. Er entfernt seine Mutter vom Hofe 18. Sie verteidigt sich, und ihre Ankläger werden bestraft 19—22. Pallas und Burrus angeklagt 23. Entfernung der Wache aus den Theatern. Lustration 24.

Das Jahr 56 n. Chr. Nächtlicher Unfug des Nero. Montanus mufs sich töten. Einige Pantomimen werden verbannt 25. Verhandlung wegen der Bestrafung undankbarer Freigelassener 26—27. Die Macht der Tribunen und Ädilen wird beschränkt 28. Verwaltung des Ärars 29. Verurteilungen. Tod des Volusius 30.

Das Jahr 57 n. Chr. Veteranen werden in Capua und Nuceria angesiedelt. Illusorischer Erlafs der 4prozentigen Abgabe vom Sklavenhandel. Die Statthalter sollen keine Kampfspiele in den Provinzeu geben 31. Senatsbeschlufs wegen Bestrafung der Sklaven. Prozefs der Pomponia Graecina 32. Anklage des P. Celer, Cossutianus, Eprius Marcellus 33.

Das Jahr 58 n. Chr. Der Konsul Valerius Messalla 34. Corbulo gegen die Parther 35. Ungehorsam des Primipilaren Paccius Orfitus 36. Tiridates greift Armenien an und sucht den Corbulo zu fangen, welcher Artaxata erobert. Dankfest in Rom 37—41. Suillius, angeklagt, greift den Seneca an und wird deportiert 42—43. Octavius Sagitta ermordet die Pontia 44. Die

Liebe des Nero zu der Poppaea Sabina. Ihr Gemahl Otho wird entfernt 45—46. Cornelius Sulla nach Marseille verbannt 47. Die Ruhe wird in Puteoli hergestellt 48. Senatsverhandlung über die Gladiatorenkämpfe in Syrakus. Freimut des Thrasea Paetus 49. Nero will die indirekten Steuern abschaffen 50. Die Willkür der Steuerpächter wird beschränkt 51. Anklage und Freisprechung des Sulpicius Camerinus und Pomponius Silvanus 52. L. Vetus will die Mosel und Saone durch einen Kanal verbinden. Aelius Gracilis verhindert dies 53. Die Friesen suchen Wohnsitze am Rhein 54. Desgleichen die Ampsivarier. Untergang der letzteren. Bojocalus 55—56. Die Chatten von den Hermunduren fast aufgerieben. Moorbrand bei Köln 57. Der ruminalische Feigenbaum 58.

Prima novo principatu mors Iunii Silani proconsulis Asiae 1
ignaro Nerone per dolum Agrippinae paratur, non quia ingenii violentia exitium inritaverat, segnis et dominationibus aliis fastiditus, adeo ut Gaius Caesar pecudem auream eum appellare solitus sit: verum Agrippina fratri eius L. Silano necem molita ultorem metuebat, crebra vulgi fama anteponendum esse vixdum pueritiam egresso Neroni et imperium per scelus adepto virum aetate composita, insontem, nobilem et, quod tunc spectaretur, e Caesarum posteris: quippe et Silanus divi Augusti abnepos erat. haec causa necis. ministri fuere P. Celer eques Romanus et Helius libertus, rei familiari principis in Asia inpositi. ab his proconsuli venenum inter epulas datum est apertius, quam ut fallerent. nec minus properato Narcissus Claudii

---

Herganges, wie er zur Anzeige gekommen'. | 6. *tamquam* kausal, s. Einl. § 95. | *provectum* ctt. Auf Antrieb der Agrippina hatte Claudius die Befehlshaber der Prätorianer Lusius Geta und Rufrius Crispinus im J. 51 abgesetzt, weil sie für Anhänger der Messalina galten. S. 12, 42. | 7. *Fabius Rusticus* schrieb eine Kaisergeschichte, die mit Claudius begann. Die Geschichtswerke des älteren *Plinius* und des *Cluvius*, der im J. 70 starb, scheinen erst mit Nero begonnen zu haben; Plinius kam bis in die Zeit des Vespasian, Cluvius etwa bis zum Tode des Vitellius. | 8. Caecina Tuscus, dessen Mutter Neros Amme war, wird im J. 67 als Präfekt von Ägypten verbannt, weil er das für Neros Ankunft erbaute Bad für sich benutzt hatte. | *mandata — cura* 'wodurch ihm der Befehl übertragen sei'. *cura* im militärischen Sinn (cf. hist. 2, 24), wie *curare* (ann. 1, 31; 6, 30) nach dem Vorgange von Sall. (Cat. 59. Jug. 46; 57; 60; 100). | 9. *dignatio* statt *dignitas*, s. zu 2, 33, 15. | 10. *nihil dubitatum — referunt* 'berichten von keinem Zweifel', ohne daſs *esse* zu ergänzen wäre, s. zu 4, 23, 10. | 12. *secuturi* 'während ich sonst folgen will'. | 14. *non prius differri potuit* 'er konnte nicht eher hinausgeschoben werden' prägnant gesagt für: 'er konnte nicht eher vermocht werden sein Vorhaben hinauszuschieben'. Etwas anders noch *differre aliquem* 'jemanden hinhalten, warten lassen', hist. 2, 71 *Valerium Marinum destinatum a Galba consulem distulit.* Vgl. ann. 2, 36, 8. | 16. *nedum* mit positivem Hauptsatze, wie Kap. 38; 11, 27 und öfter. S. Einl. § 105. Hier kann aber statt *cuicumque tribuendam* gedacht werden: *nulli abnuendam.* | 18. *convivio* ist Abl. modi. S. Einl. § 37. | 19. *propiora* scil. *esse.*

21. 1. *et* s. zu 1, 55, 3. | 4. *arbitri* als Zeugen, die das besondere Vertrauen des Kaisers genossen. | 5. *exposuit* nicht 'setzte auseinander' im Sinne von 'machte klar', sondern 'teilte mit, trug vor', s. zu 3, 62, 10. | *ferociae memor* 'ihrem trotzenden Mut treu bleibend, ihn nicht verleugnend'. | 7. *ignotos habere,* wie Sen. ep. 79, 13 *non ignotos solum*

liberi quam ab inpudica adulteri mutantur. nec si Iturius et Calvisius adesis omnibus fortunis novissimam suscipiendae accusationis operam anui rependunt, ideo aut mihi infamia parricidii aut Caesari conscientia subeunda est. nam Domitiae inimicitiis gratias agerem, si benevolentia mecum in Neronem meum certaret: nunc per concubinum Atimetum et histrionem Paridem quasi scaenae fabulas componit. Baiarum suarum piscinas extollebat, cum meis consiliis adoptio et proconsulare ius et designatio consulatus et cetera apiscendo imperio praepararentur. aut existat, qui cohortes in urbe temptatas, qui provinciarum fidem labefactatam, denique servos vel libertos ad scelus corruptos arguat. vivere ego Britannico potiente rerum poteram? ac si Plautus aut quis alius rem publicam iudicaturus obtinuerit, desunt scilicet mihi accusatores, qui non

---

habuisset. | Über *perinde quam* s. Einl. § 93. | 9. *adesis,* von der Verschwendung das Vermögens, auch hist. 1, 4 *adesis bonis,* und schon Cic. p. Quinct. 12, 40 *non adesa iam, sed abundanti pecunia.* | *nec si — rependunt, ideo* ... und wenn J. und C., nachdem sie alle ihre Güter verzehrt, schliefslich (zum letzten Rettungsmittel) zur Dienstleistung einer Anklage (gegen mich) greifen, um das alte Weib (für empfangene Wohlthaten) abzufinden, so folgt daraus noch gar nicht u. s. w. Über *nec — ideo* (*idcirco*) s. Nägelsbach-Müller: Stil.[8] S. 697 u. 698 und über den Gen. epexeg. *suscipiendae accusationis* s. zu 4, 2, 10. | 10. *infamia parricidii* ist die schmachvolle Nachrede, sie habe den eignen Sohn ermorden wollen. Auch zu *conscientia* gehört noch der Genetiv *parricidii* ('Verwandtenmord'). Wenn Agrippina getötet ward, so hatte Nero nicht nur das Gerücht, sondern sein eigenes Gewissen zu fürchten. | 11. Mit *nam* beginnt der direkte Beweis für das Thema der Rede: 'ich bin unschuldig', *mihi infamia parricidii subeunda non est.* Mit *aut* Z. 17 beginnt der indirekte Beweis. | *Domitiae inimicitiis gratias agerem,* s. zu 3, 24, 1. | 14. *Baiarum* ctt. Der Sinn ist: 'auch früher hat sich Domitia um Nero nicht gekümmert, während ich' u. s. w. | *suarum* soll den Lieblingsaufenthalt bezeichnen. | 15. *extollebat* 'sie verschönerte', wie 11, 1. | *adoptio,* im J. 50, s. 12, 25 *adoptio in Domitium auctoritate Pallantis festinatur.* Im J. 51 folgte das *proconsulare imperium* und die Bestimmung, dafs Nero im 20. Lebensjahre zum Konsulat gelangen sollte. 12, 41. | 17. *aut* 'widrigenfalls, sonst', vgl. Madvig zu Cic. de fin. 4, 26, 72. | *cohortes* nämlich die Prätorianer. | 19. *Britannico.* Sie will sagen, dafs ihre Drohung, den Brit. auf den Thron setzen zu wollen (Kap. 14), nicht ernstlich gewesen sei; denn dieser würde sich an ihr für das früher Erlittene gerächt haben. Über die fehlende Fragepartikel s. zu 2, 15, 10. | 21. (*si* ... *quis alius*) *rempublicam iudicaturus obtinuerit* 'das Heft des Staates in Händen haben sollte, um über mich zu richten'. *si obtinuerit* (Konj. *potentialis*) — *desunt,* dieselbe Form wie ann. 3, 54 *si prohibita impune transcenderis, neque metus ultra neque pudor est.* | *non* 'ich will nicht sagen' mit folgendem *sed* oder *sed etiam,* eine Art rhetorischer Hyperbel, denn das erste Glied soll nicht 'im Ernst geleugnet, sondern neben dem ungleich wichtigeren zweiten als so gut wie nicht in Betracht kommend bezeichnet werden', s. Müller zu de off. 2, 8, 27 *secutus est, qui in causa impia, victoria etiam foediore non singulorum civium bona publicaret, sed universas provincias regionesque uno calamitatis iure comprehenderet* und vgl. Liv. 21, 41, 16

verba impatientia caritatis aliquando incauta, sed ea crimina obiciant, quibus nisi a filio absolvi non possim.' commotis qui aderant ultroque spiritus eius mitigantibus, conloquium filii exposcit, ubi nihil pro innocentia, quasi diffideret, nec *de* beneficiis, quasi exprobraret, disseruit, sed ultionem in delatores et praemia amicis obtinuit.

22 Praefectura annonae Faenio Rufo, cura ludorum, qui a Caesare parabantur, Arruntio Stellae, Aegyptus Ti. Balbillo permittuntur. Suria P. Anteio destinata, sed variis mox artibus elusus, ad postremum in urbe retentus est. at Silana in exilium acta; Calvisius quoque et Iturius relegantur. de Atimeto supplicium sumptum, validiore apud libidines principis Paride, quam ut poena adficeretur. Plautus ad praesens silentio transmissus est.

23 Deferuntur dehinc consensisse Pallas ac Burrus, ut Cornelius Sulla claritudine generis et adfinitate Claudii, cui per nuptias Antoniae gener erat, ad imperium vocaretur. eius accusationis auctor extitit Paetus quidam, exercendis apud aerarium sectionibus famosus et tum vanitatis manifestus. nec tam grata Pallantis innocentia quam gravis superbia fuit: quippe nominatis libertis eius, quos conscios haberet, respondit nihil umquam se domi nisi nutu aut manu significasse, vel si plura demonstranda essent, scripto usum, ne vocem consociaret. Burrus quamvis reus inter iudices sententiam dixit.

---

unusquisque se non corpus suum, sed coniugem ac liberos parvos armis protegere putet. | 22. *impatientia caritatis* 'in der Ungeduld der Liebe'. Die Mutterliebe wünscht eine vollkommene ideale Entwickelung des Sohnes und wird ungeduldig, reizbar, verstimmt, wenn die Wirklichkeit dem erträumten Ideale nicht entspricht. | 24. *spiritus* 'Aufwallung, Zorn'. | 26. Mit *in* ist im folgenden der Dativ koordiniert, s. zu 12, 55.

22. 1. Faenius Rufus, nach dem Tode des Burrus im J. 62 zum Befehlshaber der Prätorianer ernannt, verschwört sich später gegen Nero und wird 65 hingerichtet. | 2. Arruntius, sonst unbekannt, ist vielleicht der Vater des Dichters L. Arruntius Stella, der bei Statius und Martial vorkommt. | Balbillus hat nach Seneca, der seinen Charakter und seine Bildung lobt, ein Werk über Ägypten geschrieben. S. quaest. nat. 4, 2, 12. | 3. Antejus wird im J. 66 des Hochverrates angeklagt und tötet sich. | 6. *validiore,* s. zu Kap. 18. | *apud* folgt nach Analogie von *multum valere apud aliquem.* | *libidines principis* ist Abstr. pro concreto statt *principem libidinosum.* | 7. *silentio transmittere,* s. zu 1, 13, 18.

23. 1. *deferuntur consensisse,* s. zu 2, 27, 2. | 2. Über Sulla vgl. zu 12, 52. | *claritudine* und *adfinitate* sind kausale Ablative des Mafsstabes 'nach Mafsgabe von', s. zu 6, 42, 3. | 5. *sectionibus.* Er war also ein *sector* d. h. ein Käufer konfiszierter Güter. Vgl. Gaius Inst. 4 § 146 *sectores vocantur qui publica bona mercantur.* Dergleichen Geschäfte galten für unanständig und hiefsen (nach Mommsen) deshalb *sectiones,* weil der Käufer für verschuldete Güter um so weniger bot, also die Schulden 'abschnitt', was die Gläubiger nur dann verhindern konnten, wenn sie selbst bis zur Höhe ihrer Forderungen mitboten. | Über *manifestus* mit

exiliumque accusatori inrogatum et tabulae exustae sunt, quibus oblitterata aerarii nomina retrahebat.

Fine anni statio cohortis adsidere ludis solita demovetur, 24
quo maior species libertatis esset et ut miles theatrali licentiae non permixtus incorruptior ageret et plebes daret experimentum, an amotis custodibus modestiam retineret. urbem princeps lustravit ex responso haruspicum, quod Iovis ac Minervae aedes de caelo tactae erant.

Q. Volusio P. Scipione consulibus otium foris, foeda domi 25
lascivia, qua Nero itinera urbis et lupanaria et deverticula veste servili in dissimulationem sui compositus pererrabat, comitantibus qui raperent venditioni exposita et obviis vulnera inferrent, adversus ignaros adeo, ut ipse quoque exciperet ictus et ore praeferret. deinde ubi Caesarem esse, qui grassaretur, pernotuit augebanturque iniuriae adversus viros feminasque insignes, et quidam permissa semel licentia sub nomine Neronis inulti propriis cum globis eadem exercebant, in modum captivitatis nox agebatur; Iuliusque Montanus senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset, congressus forte per tenebras cum principe, quia vi attemptantem acriter reppulerat, deinde adgnitum oraverat, quasi exprobrasset, mori adactus est. Nero tamen metuentior in posterum milites sibi et plerosque gladiatores circumdedit, qui rixarum initia modica et quasi privata sinerent: si a laesis validius ageretur, arma inferebant. ludicram quoque licentiam et fautores histrionum velut in

---

dem Genetiv s. zu 2, 85, 7. | 11. *exustae sunt*, damit sie an keinen zediert werden könnten. | 12. *oblitterata nomina* sind 'in Vergessenheit geratene Forderungen'. | *retrahebat* d. h. er wollte sie einklagen, auf gerichtlichem Wege einziehen.

24. 1. Eine Kohorte der Prätorianer hatte die Wache, um Unfug zu verhindern. Daſs sie nicht zu entbehren war, zeigt Kap. 25 am Schluſs. | 4. *modestiam* 'Sinn für Ordnung', s. zu 1, 9, 19.

25. 1. Der Vater dieses Q. Volusius Saturninus, mit Vornamen Lucius, reich und angesehen, stirbt in demselben Jahre (56) im Alter von 93 Jahren. S. Kap. 30. | Scipio ist der Sohn des gleichnamigen Konsuls, der vorher als Legat in Afrika gedient hatte. 3, 74. | 2. *deverticula* Kneipen, *popinae*. | 5. *adversus* hängt von keinem bestimmten Wort ab, sondern steht frei und selbständig zum ganzen Satz. Freier übersetzt: 'Man ahnte davon so wenig', s. zu 12, 54, 16. | 6. Nach *ubi* erst Perfekt, dann Imperfekt, wie nach *postquam* 12, 6. Ebenso bei Caesar, Sallust und Livius. | 8. *sub nomine*, s. zu 2, 33, 19. | 10. *captivitas* ist der Zustand einer eroberten Stadt. 16, 16 *in captivitate urbium*, hist. 3, 83 *in acerbissima captivitate*, vielleicht eine Nachahmung des griechischen *ἅλωσις*. | 11. *qui nondum honorem* ctt. Er hatte also noch nicht die Quästur verwaltet, war aber Sohn eines Senators oder *eques illustris*. | 13. *adigere* c. inf. s. zu 4, 29. | *deinde* 'dann freilich'. | 14. *metuentior* als Komparativ noch bei Ovid z. B. met. 1, 323 und bei Silius 8, 502. | 17. Die *ludicra licentia* 'der Unfug der Pantomimen' wird 4, 14 *histrionum inmodestia* genannt. | *et fautores histrionum* steht für *licentiam fautorum histrionum* (vgl. 1, 77 *lascivia fautorum* und Kap. 28 *inmodestos fautores*

proelia convertit inpunitate et praemiis atque ipse occultus et plerumque coram prospectans, donec discordi populo et gravioris motus terrore non aliud remedium repertum est, quam ut histriones Italia pellerentur milesque theatro rursum adsideret.

26 Per idem tempus actum in senatu de fraudibus libertorum, efflagitatumque, ut adversus male meritos revocandae libertatis ius patronis daretur. nec deerant, qui censerent, sed consules relationem incipere non ausi ignaro principe, perscripsere tamen ei consensum senatus. ille an auctor constitutionis fieret, consultavit inter paucos et sententiae diversos, quibusdam coalitam libertate inreverentiam eo prorupisse frementibus, *ut* ne aequo *quidem* cum patronis iure agerent, patientiam eorum insultarent ac verberibus manus ultro intenderent, impudenter vel poenam suam ipsi suadentes. quid enim aliud laeso patrono concessum, quam ut centesimum ultra lapidem in oram Campaniae libertum releget? ceteras actiones promiscas et pares esse. tribuendum aliquod telum, quod sperni nequeat. nec grave *munus* manumissis per idem obsequium retinendi libertatem, per quod adsecuti sint: at criminum manifestos merito ad servitutem retrahi, ut metu coerceantur, quos beneficia non mutavissent.

27 Disserebatur contra: paucorum culpam ipsis exitiosam esse debere, nihil universorum iuri derogandum; quippe late fusum

---

histrionum), s. zu 12, 22, 3. | 18. *atque,* s. zu 1, 55, 3. | 19. *plerumque* = *persaepe.* | *coram* 'offen, sichtbar' im Gegensatz zu *occultus prospectans.* | 21. *pellerentur.* Nicht alle werden verbannt, sondern (wie 4, 14) nur die, welche den Unfug veranlafst hatten.

26. 1. *fraudibus. fraus* 'Bosheit, Tücke', wie 16, 32, Liv. 40, 20, 4 und schon Cic. de or. 1 § 202 *scelus fraudemque nocentis.* | 2. *revocare* 'widerrufen, für ungültig erklären', nach dem Vorgang von Ovid met. 9, 618 *si facta mihi revocare liceret.* | 6. Der Text der folgenden Zeilen (bis Z. 10 *suadentes*) ist in der Handschr. korrumpiert und nicht mit Sicherheit herzustellen. | *diversus* mit dem Genetiv auch 14, 19 *ut par ingenio, ita morum diversus,* hist. 4, 84. | *coalitam* 'festgewurzelt, erstarkt', auch 14, 1 und hist. 4, 55; *coalescere* in diesem Sinne bei Liv. z. B. 26, 40, 18 *in insula tum primum nova pace coalescente.* | 7. *ne aequo quidem iure,* d. h. sie lassen sich nicht einmal auf einen regelrechten Prozefs mit dem Patronus ein, sondern verhöhnen und bedrohen ihn. | 8. *patientiam* ctt., wie 4, 59 *qui nunc patientiam senis — insultet.* | 9. *impudenter* ctt., wobei sie also noch so unverschämt sind, dafs sie dem Beleidigten ihre Bestrafung anraten, weil dieselbe so leicht illusorisch zu machen sei. Im folgenden wird dies erklärt. | *verberibus* Dativ des Zweckes 'zu Schlägen'. | 11. Kampanien war etwas weiter als 100 Millien, durfte also zum Aufenthalt gewählt werden. Das war aber keine Strafe. | 12. *promiscas et pares,* d. h. im übrigen ständen die Freigelassenen mit den früheren Herren rechtlich auf gleichem Fufse. | 15. *merito,* Adverbium des Urteils 'offenbare Frevler verdienten nichts Besseres als', s. zu 1, 18, 9. | 16. *quos beneficia non mutavissent* d. h. 'die trotz empfangener Freiheit Sklaven und Sklavenseelen geblieben wären'.

id corpus. hinc plerumque tribus, decurias, ministeria magistratibus et sacerdotibus, cohortes etiam in urbe conscriptas; et plurimis equitum, plerisque senatoribus non aliunde originem trahi. si separarentur libertini, manifestam fore penuriam ingenuorum. non frustra maiores, cum dignitatem ordinum dividerent, libertatem in communi posuisse. quin et manu mittendi duas species institutas, ut relinqueretur paenitentiae aut novo beneficio locus. quos vindicta patronus non liberaverit, velut vinclo servitutis attineri. dispiceret quisque merita tardeque concederet, quod datum non adimeretur. haec sententia valuit, scripsitque Caesar senatui, privatim expenderent causam libertorum, quotiens a patronis arguerentur: in commune nihil derogarent. nec multo post ereptus amitae libertus Paris quasi iure civili non sine infamia principis, cuius iussu perpetratum ingenuitatis iudicium erat.

Manebat nihilo minus quaedam imago rei publicae. nam 28
inter Vibullium praetorem et plebei tribunum Antistium ortum certamen, quod inmodestos fautores histrionum et a praetore in vincla ductos tribunos omitti iussisset. conprobavere patres,

---

27. 3. *corpus* 'Volksklasse, Stand', in der Prosa zuerst bei Liv. 1, 17, 2 *sui corporis creari regem volebant,* dann öfter. | *tribus,* nämlich die vier städtischen, welche in geringerem Ansehen standen und zu welchen die Libertini gehörten. | Unter *decuriae* sind die in Dekurien eingeteilten *lictores, scribae, praecones* und *viatores* zu verstehen. Andere Diener der Beamten, hier durch *ministeria* bezeichnet, waren nicht in Dekurien eingeteilt, z. B. die *accensi* der Konsuln und Prätoren. | 4. Die sieben Kohorten der *vigiles* bildeten die Brandwache in Rom. | 8. *libertatem in communi posuisse* 'die Freiheit zum Gemeingut gemacht'. Auf die bürgerliche Freiheit hatten die Standesunterschiede der Bürger keinen Einflufs. Zum Ausdruck vgl. hist. 4, 74 *cetera in communi sita sunt* = *communia sunt.* | 9. *duas species,* nämlich 1) die *iusta manumissio* entweder *per censum* (Aufnahme in die Bürgerliste des Censors) oder *per vindictam* (feierliche Freisprechung durch den Konsul, Prätor oder Statthalter) oder *per testamentum.* Alle, die so freigelassen waren, erhielten dadurch das Bürgerrecht. 2) Die Freisprechung *per epistulam* (schriftlich mit Unterschrift von 5 Zeugen) oder *inter amicos* (mündlich in Gegenwart von 5 Zeugen) oder endlich *per convivium,* wenn der Sklave vom Herrn zu einem besonders dazu veranstalteten Gastmahle zugezogen ward. Alle so Befreiten erhielten blofs die *latinitas* nach der *lex Iunia Norbana* (unter Tiberius), nicht das Bürgerrecht, konnten kein Testament errichten und keine Erbschaft antreten. Blieb es bei dieser *manumittendi species,* dann war dem Herrn die *paenitentia* gekommen. | 13. *privatim* 'im einzelnen Falle, von Fall zu Fall'. | 15. *amitae* i. e. Domitiae. | 16. Der Pantomime Paris hatte der Domitia 10000 Sesterzen für seine Freilassung gegeben, setzte aber jetzt die Rückgabe dieser Summe durch, weil er angeblich kein Sklave, sondern ein *ingenuus* (daher *ingenuitatis iudicium*) gewesen sei.

28. 2. Die auffallende Stellung *plebei trib.* auch Kp. 44. | Antistius Sosianus wird im J. 62 wegen seiner Spottgedichte auf Nero verbannt, im J. 66 zurückgerufen, endlich beim Regierungsantritt des Vespasian wieder nach seinem früheren Verbannungsort verwiesen. | 4. *omitti* wie

incusata Antistii licentia. simul prohibiti tribuni ius praetorum et consulum praeripere aut vocare ex Italia, cum quibus lege agi posset. addidit L. Piso designatus consul, ne quid intra domum pro potestate adverterent, neve multam ab iis dictam quaestores aerarii in publicas tabulas ante quattuor menses referrent; medio temporis contra dicere liceret, deque eo consules statuerent. cohibita artius et aedilium potestas statutumque, quantum curules, quantum plebei pignoris caperent vel poenae inrogarent. et Helvidius Priscus tribunus plebei adversus Obultronium Sabinum aerarii quaestorem contentiones proprias exercuit, tamquam ius hastae adversus inopes inclementer augeret. dein princeps curam tabularum publicarum a quaestoribus ad praefectos transtulit.

29 Varie habita ac saepe mutata eius rei forma. nam Augustus senatui permisit deligere praefectos; deinde ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex numero praetorum, qui praeessent. neque id diu mansit, quia sors deerrabat ad parum idoneos. tum Claudius quaestores rursum imposuit iisque, ne metu offensionum segnius consulerent, extra ordinem honores promisit: sed deerat robur aetatis eum primum magistratum capessentibus. igitur Nero praetura perfunctos et experientia probatos delegit.

30 Damnatus isdem consulibus Vipsanius Laenas ob Sardiniam provinciam avare habitam. absolutus Cestius Proculus repetundarum, Cretensibus accusantibus. Clodius Quirinalis, quod praefectus remigum, qui Ravennae haberentur, velut in-

---

15, 69. | 6. *praeripere*. Sie sollten also in die Jurisdiktion jener Beamten nicht eingreifen. | *vocare ex Italia*. Wiewohl die Volkstribunen nur gegen den persönlich Anwesenden das Recht der *prensio* (Verhaftung) hatten, so übten sie dasselbe mifsbräuchlich auch gegen Abwesende. | 7. Piso wird im nächsten Jahre (57) zum Konsul und im J. 62 zum Aufseher über die indirekten Steuern ernannt. 15, 18. | 8. *advertere* statt *animadvertere* 'strafen', s. zu 3, 52, 7. | 10. *medio temporis*, 14, 53; hist. 2, 53. | *contra dicere* 'reklamieren'. | 11. *aedilium potestas*. Augustus hatte den kurulischen Ädilen die Jurisdiktion, so weit sie ihnen zustand, genommen; das Recht der *multae dictio* hatte er ihnen gelassen. Dies ward also jetzt beschränkt. | 13. Helvidius ist wohl derselbe, der im J. 51 als Legat des Quadratus in Syrien erwähnt wird. 12, 49. | 14. Obultronius ward später in Spanien auf Befehl des Galba hingerichtet. Vgl. hist. 1, 37. | 15. *tamquam* 'weil angeblich'. | *ius hastae* 'das Exekutionsverfahren' gegen Schuldner der Staatskasse. | 17. *praefectos*. Seit dem J. 28 v. Chr. wählte der Senat zwei Prätorier zur Beaufsichtigung des Staatsärars anstatt der früheren Quästoren.

29. 3. *ex numero praetorum*, nämlich zwei, seit dem J. 23 v. Chr. | 5. *tum* 'darauf', im J. 44 n. Chr. | 6. *extra ordinem*, insofern sie nach dreijähriger (statt früher einjähriger) Verwaltung sofort zur Prätur gelangen konnten, ohne vorher Ädilen oder Tribunen gewesen zu sein.

30. 1. Sardinien, schon zu Ciceros Zeit als prätorische Provinz erwähnt, ward 27 v. Chr. zu den Senatsprovinzen geschlagen. Seit 6 n. Chr. war es kaiserliche Provinz, endlich seit 67 wieder senatorische. Dio 53, 12. Kreta mit Cyrenaica ist Senatsprovinz. | 4. Ravenna war (nach 4, 5) der

fimam nationum Italiam luxuria saevitiaque adflictavisset, veneno damnationem anteiit. Caninius Rebilus, ex primoribus peritia legum et pecuniae magnitudine, cruciatus aegrae senectae emisso per venas sanguine effugit, haud creditus sufficere ad constantiam sumendae mortis, ob libidines muliebriter infamis. at L. Volusius egregia fama concessit, cui tres et nonaginta anni spatium vivendi, praecipuae opes bonis artibus, inoffensa tot imperatorum malitia fuit.

Nerone iterum L. Pisone consulibus pauca memoria digna 31
evenere, nisi cui libeat laudandis fundamentis et trabibus, quis molem amphitheatri apud campum Martis Caesar extruxerat, volumina implere, cum ex dignitate populi Romani repertum sit res inlustres annalibus, talia diurnis urbis actis mandare. ceterum coloniae Capua atque Nuceria additis veteranis firmatae sunt, plebeique congiarium quadringeni nummi viritim dati, et sestertium quadringentiens aerario inlatum est ad retinendam populi fidem. vectigal quoque quintae et vicensimae venalium mancipiorum remissum, specie magis quam vi, quia cum venditor pendere iuberetur, in partem pretii emptoribus adcrescebat. et edixit Caesar, ne quis magistratus aut procura-

---

Kriegshafen für die Flotte des adriatischen Meeres. | 6. Caninius war Konsular. | 8. *creditus sufficere,* persönlich konstruiert, s. zu 14, 48, 7. | 10. Volusius war (nach 3, 30) im J. 3 n. Chr. Konsul gewesen und hatte, wie sein im J. 20 gestorbener Vater, ein grofses Vermögen erworben. | *concessit* ohne Ablativ, wie 4, 38. Dagegen 3, 30 *concessere vita.* | 11. *bonis artibus* 'durch löbliche Mittel' d. h. durch gute Wirtschaft (Sparsamkeit) erworben. | 12. *inoffensa tot imperatorum malitia* (Nom.) gehört unter die 3, 24, 1 erörterte Redeweise und ist nicht viel verschieden von *inoffensi tot imperatores malitiosi.* | *malitia* steht hier und 15, 21 für *avaritia,* wie *bonitas* = Gutherzigkeit mit dem Nebenbegriff der Freigebigkeit hist. 1, 52, wo Heraeus zu vergleichen ist.

31. 2. *nisi cui libeat* ctt. Das Folgende wird sich wahrscheinlich auf den älteren Plinius beziehen, dessen Liebhaberei für dergleichen Notizen bekannt ist und der z. B. im 16. Buch seiner Naturgeschichte von einem 120 Fufs langen und 2 Fufs dicken Balken aus Lärchenholz erzählt, welchen man in dem Amphitheater des Nero verwendet habe. | 3. *apud* hier deutsch 'auf' statt 'in'. | 4. *cum ex dignitate populi Romani* (sc. ὄν) *repertum sit* 'während man es sonst der Würde angemessen fand', s. zu Kp. 6, 12. | 5. *diurnis urbis actis.* Es ist die seit Caesar regelmäfsig erscheinende städtische Zeitung, in welcher aber seit Augustus die Senatsverhandlungen nicht mehr publiziert wurden. Vgl. zu 5, 4. Tacitus nennt sie auch *diurna actorum scriptura* oder *populi Romani,* 3, 3; 16, 22. | 6. Nuceria östl. vom Vesuv. | 7. Unter den Kaisern ist das *congiarium* für das Volk, das *donativum* für die Soldaten bestimmt. Vgl. 12, 41; 14, 11. | 8. *ad retinendam populi fidem* ('Kredit'). Durch Zuschüsse aus seiner Privatkasse hatte bereits Augustus viermal die Staatskasse unterstützt. | 9. *quintae et vicensimae,* also vier Prozent, eine Abgabe für die von Augustus gegründete Kriegskasse (*aerarium militare*) und von diesem nur auf zwei Prozent festgesetzt, später erhöht. | 10. *specie magis* ctt. Dieser Steuererlafs war also eine blofse Fiktion, weil jetzt der Käufer statt des Verkäufers zu steuern hatte. | 12. Der *procurator*

tor in provincia, *quam* obtineret, spectaculum gladiatorum aut ferarum aut quod aliud ludicrum ederet. nam ante non minus tali largitione quam corripiendis pecuniis subiectos adfligebant, dum, quae libidine deliquerant, ambitu propugnant.

32 Factum et senatus consultum ultioni iuxta et securitati, ut si quis a suis servis interfectus esset, ii quoque, qui testamento manu missi sub eodem tecto mansissent, inter servos supplicia penderent. redditur ordini Lurius Varus consularis, avaritiae criminibus olim perculsus. et Pomponia Graecina insignis femina, *A.* Plautio, quem ovasse de Britannis rettuli, nupta ac superstitionis externae rea, mariti iudicio permissa. isque prisco instituto propinquis coram de capite famaque coniugis cognovit et insontem pronuntiavit. longa huic Pomponiae aetas et continua tristitia fuit. nam post Iuliam Drusi filiam dolo Messalinae interfectam per quadraginta annos non cultu nisi lugubri, non animo nisi maesto egit, idque illi imperitante Claudio inpune, mox ad gloriam vertit.

33 Idem annus plures reos habuit, quorum P. Celerem accusante Asia, quia absolvere nequibat Caesar, traxit, senecta

---

des Kaisers ist kein *magistratus populi Romani* im eigentlichen Sinne. | 16. *dum* 'indem, da, denn', wie 14, 31 *dum amoenitati prius quam usui consulitur,* und öfter. S. Einleitung §. 90. | *dum—propugnant* 'denn was sie in böser Begierde gefrevelt, suchten sie durch Gunstbuhlerei (beim gemeinen Volk) zu decken'. *libido* (speziell 'Gewinnsucht' *lucri libido*) bezieht sich auf *corripiendis pecuniis,* während *ambitu* auf *tali largitione* geht. | *propugnant* sc. *ea* ist als Akkusativ des pronominalen Neutrums durchaus nicht auffällig und nicht mit 15, 13 zu vergleichen *nec aliud quam munimenta propugnabant.* Cicero sagt ad fam. 6, 8, 2 *consilium petis, quid sim tibi auctor.* S. zu ann. 12, 60, 13.

32. 1. Dies ist das nach den Konsuln des Jahres 57 benannte *senatus consultum Neronianum* oder *Pisonianum.* Schon im Senatusconsultum Silanianum vom J. 10 n. Chr. war bestimmt: *domino occiso de ea familia quaestio habenda est, quae intra tectum fuerit vel certe extra tectum cum domino eo tempore, quo occidebatur.* Die neue Bestimmung, die jetzt hinzukam, wird bei Paul. sentent. 3, 5, 6 so citiert: *servi qui sub eodem tecto fuerint, ubi dominus perhibetur occisus, et torquentur et puniuntur, etsi testamento occisi manumissi sint. sed et hi torquentur, qui cum occiso in itinere fuerunt.* Einen konkreten Fall der Art erzählt Tac. 14, 42. | 5. *avaritiae.* Er war also wegen Erpressungen (*repetundarum*) angeklagt und aus dem Senat gestoſsen. | Der Vater der *Pomponia* war im J. 16 Konsul gewesen. | 6. *Plautio,* consul suffectus 29 n. Chr., eroberte Britannien im J. 43. | *rettuli,* in einem der verloren gegangenen Bücher. | 7. *superstitionis externae.* Fremdländischer Kultus war gesetzlich verboten, aber im Zunehmen begriffen. | *mariti iudicio permissa,* anders als 2, 50, wo den Verwandten nur die Vollstreckung des vom Senat gefällten Urteils über eine Ehebrecherin überlassen wird. | 10. Diese Iulia, Enkelin des Tiberius, war mit Nero, dem Sohne des Germanicus, verheiratet und im J. 44 durch Messalina aus Eifersucht getötet. | 13. *impune* sc. *erat.*

33. 1. Über P. Celer s. Kp. 1. | 2. *P. Celerem traxit* = *rem Celeris traxit* 'zog hin'. | *senecta donec m. obiret,* die Anastrophe der Konjunktion

donec mortem obiret; nam Celer interfecto, ut memoravi, Silano pro consule magnitudine sceleris cetera flagitia obtegebat. Cossutianum Capitonem Cilices detulerant maculosum foedumque et idem ius audaciae in provincia ratum, quod in urbe exercuerat; sed pervicaci accusatione conflictatus postremo defensionem omisit ac lege repetundarum damnatus est. pro Eprio Marcello, a quo Lycii res repetebant, eo usque ambitus praevaluit, ut quidam accusatorum eius exilio multarentur, tamquam insonti periculum fecissent.

34 Nerone tertium consule simul iniit consulatum Valerius Messala, cuius proavum, oratorem Corvinum, divo Augusto, abavo Neronis, collegam in eo magistratu fuisse pauci iam senum meminerant. sed nobili familiae honor auctus est oblatis in singulos annos quingenis sestertiis, quibus Messalla paupertatem innoxiam sustentaret. Aurelio quoque Cottae et Haterio Antonino annuam pecuniam statuit princeps, quamvis per luxum avitas opes dissipassent.

Eius anni principio mollibus adhuc initiis prolatatum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter resumitur, quia nec Vologeses sinebat fratrem Tiridaten dati a se regni expertem esse aut alienae id potentiae donum habere, et Corbulo dignum magnitudine populi Romani rebatur parta olim a Lucullo Pompeioque recipere. ad hoc Armenii ambigua

---

wie z. B. bei *dum* 14, 5 *imprudentia dum se Agrippinam esse clamitat,* bei *ubi* 12, 51, 4. So gebraucht Cic. ad fam. 6, 8, 1 *ut* an siebenter Stelle *tibi in Sicilia, quoad vellemus, esse uti liceret* und *cum* sogar als neuntes Wort de sen. § 55 *Curio ad focum sedenti — — cum attulissent,* s. Draeger: Synt. u. Stil des Tac.[3] S. 95. | 5. Die späteren Schicksale des Cossutianus s. zu 11, 6. — Cilicien, von Pompeius zur Provinz gemacht, war unter Tiberius teilweise mit Syrien vereinigt, jetzt wieder getrennt. | *maculosum foedumque* ursprünglich 'gebrandmarkt und verächtlich' wegen schnöder Habgier, also etwa 'als schmutzigen Geizhals', vgl. hist. 1, 7; 2, 30. Zu *foedus* 'widerwärtig, gemein' vgl. noch hist. 2, 62 *epularum foeda et inexplebilis libido.* | 9. Eprius Marcellus war als Ankläger übel berüchtigt. S. zu 12, 4. Seine Provinz Lycien war seit Claudius mit Pamphylien vereinigt.

34. 1. *simul* nicht Präposition, sondern Adverb. — Valerius Messalla, sonst von Tac. nicht erwähnt, ist Urenkel des Redners Messalla Corvinus, der im J. 31 v. Chr. Mitkonsul des Augustus war. | 3. *pauci senum,* über diese Ausartung des Gen. part. s. zu 3, 39, 2. | 5. *sestertiis,* natürlich grofse Sesterzen von je 1000 kleinen. Dafs Nero mehrere Senatoren auf diese Weise mit jährlichen Unterstützungen (*annua salaria*) bedachte, bezeugt auch Suet. Ner. 10. | 6. Aurelius Cotta ist Enkel des 2, 32 erwähnten M. Aurelius Cotta Maximus (später *Messalinus*), der Ovids Freund war. | 7. Haterius war im J. 53 Konsul gewesen und ist der Enkel des Redners Q. Haterius. 12, 58. | Über *quamvis,* ein historisches Faktum bezeichnend, s. zu 1, 68, 17. | 10. *de obtinenda Armenia.* Seit dem J. 54 war Corbulo dort thätig, und der Partherkönig Vologeses hatte scheinbar von Armenien abgelassen; Kp. 9. | 12. *regni* d. h. Armeniens. | 14. Lucullus schlug den Tigranes, Schwiegervater des Mithridates,

fide utraque arma invitabant, situ terrarum, similitudine morum Parthis propiores conubiisque permixti ac libertate ignota illuc magis ad servitium inclinantes.

35 Sed Corbuloni plus molis adversus ignaviam militum quam contra perfidiam hostium erat: quippe Suria transmotae legiones, pace longa segnes, munia armorum aegerrime tolerabant. satis constitit fuisse in eo exercitu veteranos, qui non stationem, non vigilias inissent, vallum fossamque quasi nova et mira viserent, sine galeis, sine loricis, nitidi et quaestuosi, militia per oppida expleta. igitur dimissis, quibus senectus aut valetudo adversa erat, supplementum petivit. et habiti per Galatiam Cappadociamque dilectus, adiectaque ex Germania legio cum equitibus alariis et peditatu cohortium. retentusque omnis exercitus sub pellibus, quamvis hieme saeva adeo, ut obducta glacie nisi effossa humus tentoriis locum non praeberet. ambusti multorum artus vi frigoris et quidam inter excubias exanimati sunt. adnotatusque miles, qui fascem lignorum gestabat, ita praeriguisse manus, ut oneri adhaerentes truncis brachiis deciderent. ipse cultu levi, capite intecto, in agmine, in laboribus frequens adesse, laudem strenuis, solacium inva-

---

wiederholt in den Jahren 69 und 68. Pompejus zwang ihn 66 zur Übergabe, liefs ihm aber sein Reich Armenien, dessen Könige von da ab der Bestätigung von seiten der Römer bedurften. | *ad hoc* 'dazu noch'; s. zu 12, 34, 1. | 17. *illuc magis ad servitium inclinantes.* Wie Nep. Epamin. 5, 2 (*habuit obtrectatorem Menecliden quendam,*) *indidem Thebis* nicht heifst 'ebendaher, nämlich aus Theben', sondern = *ex isdem Thebis* 'ebenfalls aus Theben', wie Liv. 21, 17, 9 *mille equites socios sescentos Romanos Gallia provincia eodem versa in Punicum bellum habuit* die Worte *in Punicum bellum* nicht schlechthin als Exegese zu *eodem* zu fassen sind (s. C. F. W. Müller: 'Zu Cäsars bellum civile' in der Festschrift zu Ehren Friedländers S. 549 Anm. 7), so ist *illuc ad servitium* auch nicht etwa = *illuc* oder *ad illos* (sc.) *ad servitium* 'dorthin, nämlich zur Knechtschaft', sondern 'dorthin zur Knechtschaft' d. h. *ad illorum* sc. *Parthorum servitium* oder *ad illud servitium,* so dafs *huc* d. h. *ad nos* (s. zu 12, 30, 3) sofort als Gegensatz herausspringt. Vgl. auch 2, 30, 6.

35. 2. *Suria transmotae,* s. Einl. § 34. | Corbulo hatte nach Kp. 8 die Hälfte des syrischen Heeres, 2 Legionen nebst Hilfstruppen, erhalten. | 5. *stationes* gröfsere, *vigilias* kleinere Wachen, s. zu 1, 28, 13. | 6. *quaestuosi* 'an Gewinn reich' wie 12, 63. | 9. Galatia, von dem Tetrarchen Dejotarus zu einer erblichen Monarchie gemacht, ward schon unter dessen Nachfolger Amyntas römische Provinz, Kappadokien erst unter Tiberius (2, 42). — *ex Germania.* Die zwölfte Legien, schon unter Tiberius in Syrien stehend und 43 n. Chr. von Claudius nach Deutschland verlegt, kam jetzt zurück. | 12. *obducta* ist Nom. mit der bekannten Subjektsvertauschung, s. zu 2, 11, 7. | 13. *ambustus* 'erfroren', vgl. Val. Flacc. 4, 70 *ambusta pruinis lumina,* Plin. hist. n. 24, 8 (29), 45 *ambusta igni vel frigore.* | 14. *adnotatus.* Über den ausgedehnten Gebrauch des Nomin. c. infin. s. Einl. § 82. | 15. *praerigere* 'vorne erstarren' ist ἅπ. εἰρ. — *manus.* Über den griechischen Accusativ s. Einl. § 24. Vgl. 15, 64 *frigidus iam artus.* | 17. *frequens* als Prädikatsadjektiv in der Bedeutung 'häufig' statt des Adverbs auch 4, 3. 55 und schon bei Cicero z. B. p. Rosc. Am. 6, 16 *erat*

lidis, exemplum omnibus ostendere. dehinc quia duritia caeli militiaeque multi abnuebant deserebantque, remedium severitate quaesitum est. nec enim, ut in aliis exercitibus, primum alterumque delictum venia prosequebatur, sed qui signa reliquerat, statim capite poenas luebat. idque usu salubre et misericordia melius apparuit: quippe pauciores illa castra deseruere quam ea, in quibus ignoscebatur.

36 Interim Corbulo legionibus intra castra habitis, donec ver adolesceret, dispositisque per idoneos locos cohortibus auxiliariis, ne pugnam priores auderent, praedicit; curam praesidiorum Paccio Orfito primi pili honore perfuncto mandat. is quamquam incautos barbaros et bene gerendae rei casum offerri scripserat, tenere se munimentis et maiores copias opperiri iubetur. sed rupto imperio, postquam paucae e proximis castellis turmae advenerant pugnamque imperitia poscebant, congressus cum hoste funditur. et damno eius exterriti qui subsidium ferre debuerant, sua quisque in castra trepida fuga rediere. quod graviter Corbulo accepit increpitumque Paccium et praefectos militesque tendere extra vallum iussit; inque ea contumelia detenti nec nisi precibus universi exercitus exsoluti sunt.

37 At Tiridates super proprias clientelas ope Vologesi fratris adiutus, non furtim iam, sed palam bello infensare Armeniam, quosque fidos nobis rebatur, depopulari, et si copiae contra ducerentur, eludere hucque et illuc volitans plura fama quam pugna exterrere. igitur Corbulo quaesito diu proelio frustra

---

ille Romae frequens. | 18. *ostendere* 'geben, bieten' zeugmatisch zu *laudem* und *solacium* zu beziehen. | 19. *duritia.* Über den Abl. causae ('auf Grund, infolge von') s. zu 3, 24, 15. | *abnuebant deserebantque.* Beide Verba werden öfter absolut gebraucht, *abnuere* z. B. in der schönen von Nipp.-Andresen beigebrachten Parallele Liv. 27, 49, 3 *ille fessos abnuentisque taedio et labore nunc precando nunc castigando accendit; deserere* z. B. Nep. Eum. 5, 1 *hic qui non deseruerant, exercitu suffragium ferente, capitis absentes damnantur*, wo Nipperdey zu vergleichen ist.

36. 2. *adolesceret* 'bis der volle Frühling einträte', s. 11, 31 *adulto autumno.* | 3. *praedicere* statt *edicere, iubere,* wie 16, 33 *praedicto, ne in re publica haberetur,* Cic. de div. 1, 24, 48 *praedicere, ne id faceret.* | 4. *primi pili* ctt. Er ist also *primipilaris,* hat als solcher den *census equester* und Anwartschaft auf die Stelle eines Kriegstribunen oder Präfekten. | 5. *casus* statt *occasio,* wie 1, 13; 12, 50. | 7. *rupto* statt *spreto* wie hist. 3, 19 *rupturi imperium,* Curt. 10, 9, 15 *rupistis imperium* nach Analogie von *fidem, foedus, ius rumpere.* | 12. *tendere* ctt. Das Kampieren aufserhalb des Lagers ohne Zelte war eine nicht ungewöhnliche Disziplinarstrafe für Feigheit, z. B. bei Liv. 10, 4, 4 *cohortes, quae signa amiserant, extra vallum sine tentoriis destitutas invenit.*

37. 1. *Vologesi* auch h. 4, 51 statt *Vologesis.* Der Dativ *Vologeso* ist überliefert 13, 7, hist. 4, 51; *Vologesum* hist. 1, 40 (s. Georges: Lexikon der lat. Wortformen, wo aber unter ann. 13, 7 *Vologesi* als überlieferter Gen. aufgeführt ist). | 2. *infensare* ist vox Tacitea, nur noch Kp. 41; 6, 34. | 5. *frustra habitus* wie 14, 11 statt *frustratus, deceptus.* Anders Kp. 51 *quae*

habitus et exemplo hostium circumferre bellum coactus, dispertit vires, ut legati praefectique diversos locos pariter invaderent; simul regem Antiochum monet proximas sibi praefecturas petere. nam Pharasmanes interfecto filio Radamisto quasi proditore, quo fidem in nos testaretur, vetus adversus Armenios odium promptius exercebat. tuncque primum inlecti Moschi, gens ante alias socia Romanis, avia Armeniae incursavit. ita consilia Tiridati in contrarium vertebant, mittebatque oratores, qui suo Parthorumque nomine expostularent, cur datis nuper obsidibus redintegrataque amicitia, quae novis quoque beneficiis locum aperiret, vetere Armeniae possessione depelleretur. ideo nondum ipsum Vologesen commotum, quia causa quam vi agere mallent: sin perstaretur in bello, non defore Arsacidis virtutem fortunamque saepius iam clade Romana expertam. ad ea Corbulo, satis comperto Vologesen defectione Hyrcaniae attineri, suadet Tiridati precibus Caesarem adgredi: posse illi regnum stabile et res incruentas contingere, si omissa spe longinqua et sera praesentem potioremque sequeretur.

38 Placitum dehinc, quia commeantibus in vicem nuntiis nihil in summam pacis proficiebatur, conloquio ipsorum tempus locumque destinari. mille equitum praesidium Tiridates adfore sibi dicebat: quantum Corbuloni cuiusque generis militum adsisteret, non statuere, dum positis loricis et galeis in faciem pacis veniretur. cuicumque mortalium, nedum veteri et provido duci, barbarae astutiae patuissent: ideo artum inde numerum finiri et hinc maiorem offerri, ut dolus pararetur; nam

---

brevi servata, dein frustra habita sunt (= *neglecta*). | 8. Antiochus war König von Kommagene. S. zu 12, 55. | Über *monere* mit dem Infinitiv s. 11, 1, 5. | 9. Pharasmanes, König der Hiberer, hatte um das Jahr 51 seinen eigenen Bruder Mithridates durch Radamistus ermorden lassen. 12, 47. Nach Kp. 6 hatte letzterer den Krieg gegen Armenien endlich aufgegeben. | 11. Die Moscher, auch von Mela und dem älteren Plinius erwähnt, wohnten am Schwarzen Meer zwischen Armenien und dem Kaukasus an den Quellen des Cyrus. | 12. *incursavit.* Das Prädikat ist auf die voraufgehende Apposition bezogen. Vgl. hist. 1, 61 *electi — ad quadraginta milia armatorum data.* 86 *quod — campus Martius et via Flaminia, iter belli, esset obstructum*, s. zu 2, 17, 5 | 15. *obsidibus.* S. Kp. 9 *Vologeses tradit nobilissimos ex familia Arsacidarum.* | 17. *ideo* 'nur deshalb'. | *commotum* 'er habe sich noch nicht gerührt, noch nicht zum Angriff erhoben'. | *causa* 'mit dem in der Sache begründeten Recht', vgl. 15, 2 *aequitate quam sanguine, causa quam armis retinere parta malueram.* | 19. *expertam* passivisch, s. zu 3, 17, 11. | 20. Hyrcania lag südöstlich am Kaspi-See. | 21. *suadet — adgredi,* s. zu 3, 53, 7.

38. 2. *summa* 'Entscheidung'. | 5. *dum* statt *dummodo* hat Tac. stets in den Annalen, wogegen er *dummodo* nur im Dial. und in der Germania anwendet. | *in faciem pacis* = *ut facies pacis esset* 'als wie im Frieden'. Vgl. hist. 5, 23 *superfusus amnis insulam in faciem stagni opplevit.* Über das konsekutive *in* s. Einl. § 48. | 6. *nedum* mit positivem Hauptsatze, wie Kp. 20 *cuicumque, nedum parenti, defensionem tribuendam.* S. Einl. § 105. | 7. *inde* d. h. auf seiten der Parther, *hinc* bei den Römern.

equiti sagittarum usu exercito si detecta corpora obicerentur, nihil profuturam multitudinem. dissimulato tamen intellectu rectius de iis, quae in publicum consulerentur, totis exercitibus coram dissertaturos respondit. locumque delegit, cuius pars altera colles erant clementer adsurgentes accipiendis peditum ordinibus, pars in planitiem porrigebatur ad explicandas equitum turmas. dieque pacto prior Corbulo socias cohortes et auxilia regum pro cornibus, medio sextam legionem constituit, cui accita per noctem aliis ex castris tria milia tertianorum permiscuerat, una cum aquila, quasi eadem legio spectaretur. Tiridates vergente iam die procul adstitit, unde videri magis quam audiri posset. ita sine congressu dux Romanus abscedere militem sua quemque in castra iubet.

39 Rex sive fraudem suspectans, quia plura simul in loca ibatur, sive ut commeatus nostros Pontico mari et Trapezunte oppido adventantes interciperet, propere discedit. sed neque commeatibus vim facere potuit, quia per montes ducebantur praesidiis nostris incessos, et Corbulo, ne inritum bellum traheretur utque Armenios ad sua defendenda cogeret, excindere parat castella, sibique quod validissimum in ea praefectura, cognomento Volandum, sumit; minora Cornelio Flacco legato et Insteio Capitoni castrorum praefecto mandat. tum circumspectis munimentis et quae expugnationi idonea provisis, hortatur milites, ut hostem vagum neque paci aut proelio paratum, sed perfidiam et ignaviam fuga confitentem exuerent sedibus gloriaeque pariter et praedae consulerent. tum quadripertito exercitu hos in testudinem conglobatos subruendo vallo indu-

---

11. *rectius*, Adverbium des Urteils s. zu 1, 18, 9. | 12. *dissertare*, s. zu 12, 11, 1. | 13. *clementer*, vom Terrain gebraucht; vgl. zu 12, 33, 8. | 14. *ad (explicandas)* wir: wie geschaffen zu. Mit dem Dativ des Gerundivums wechselt die Präposition *ad*, wie 2, 6 *accipiendisque copiis et transmittendum ad bellum opportuna*. | 16. *medio* als adverbiale Bestimmung ohne *in* auch 1, 64; 2, 52 u. a. S. Einl. § 35. | 18. *spectaretur* 'zu sehen wäre', s. zu 4, 7, 9.

39. 2. *Trapezus* liegt an der Küste des östlichen Pontus. Dort wurden die Transporte ausgeschifft und gingen zu Lande nach dem benachbarten Armenien. | 6. *excindere* s. zu 2, 25, 9. | 7. Über die Bedeutung von *praefectura* s. zu 11, 8, 10. | 8. *cognomentum* statt *nomen*, s. zu 1, 31, 22. | 9. Instejus wird Kp. 9 als Centurio aufgeführt. | 12. *exuere sedibus*, wie 12, 45 *exutumque campis Mithridatem*. | 13. *gloriaeque pariter et praedae consulerent* 'und auf Ruhm und Beute in gleicher Weise (zugleich) Bedacht zu nehmen'. Vgl. Kp. 16 *ut vox pariter et spiritus raperentur*, Kp. 40 *qui viae pariter et pugnae composuerat exercitum*, Kp. 45 *gloriam pariter et formam dederat*, hist. 1, 24 *quem nota pariter et occulta fallebant*, Quint. 10, 5, 14 *inventionem et dispositionem pariter exercent*, Sall. Cat. 3, 2 *haudquaquam par gloria sequitur scriptorem et auctorem rerum*. In allen diesen Beispielen steht *et* verbindend, nicht etwa vergleichend. | Die Wiederholung von *tum* im Anfang der Periode ist wie 11, 20 *ut tamen — insignia tamen*, 3, 57 *nisi ut — nisi quod* u. a., s. zu Joh. Müller: Beiträge 4 H. S. 11 u. ff. | 14. *inducit* statt *adducit* nach

cit, alios scalas moenibus admovere, multos tormentis faces et hastas incutere iubet. libritoribus funditoribusque attributus locus, unde eminus glandes torquerent, ne qua pars subsidium laborantibus ferret pari undique metu. tantus inde ardor certantis exercitus fuit, ut intra tertiam diei partem nudati propugnatoribus muri, obices portarum subversi, capta escensu munimenta omnesque puberes trucidati sint, nullo milite amisso, paucis admodum vulneratis. et inbelle vulgus sub corona venundatum, reliqua praeda victoribus cessit. pari fortuna legatus ac praefectus usi sunt, tribusque una die castellis expugnatis cetera terrore et alia sponte incolarum in deditionem veniebant. unde orta fiducia caput gentis Artaxata adgrediendi. nec tamen proximo itinere ductae legiones, quae si amnem Araxen, qui moenia adluit, ponte transgrederentur, sub ictum dabantur: procul et latioribus vadis transiere.

40 At Tiridates pudore et metu, ne si concessisset obsidioni, nihil opis in ipso videretur, si prohiberet, inpeditis locis seque et equestres copias inligaret, statuit postremo ostendere aciem et dato die proelium incipere vel simulatione fugae locum fraudi parare. igitur repente agmen Romanum circumfundit, non ignaro duce nostro, qui viae pariter et pugnae composuerat exercitum. latere dextro tertia legio, sinistro sexta incedebat, mediis decumanorum delectis; recepta inter ordines impedimenta, et tergum mille equites tuebantur, quibus iusserat, ut instantibus comminus resisterent, refugos non sequerentur.

Verg. Aen. 11, 620 *princeps turmas inducit Asilas*. | 16. *incutere* für *conicere*, auch hist. 3, 31 *tela saxaque*. | *libritores* (statt *libratores*) schreibt Tac. auch 2, 20 nach Analogie von *librilia* 'Schleudersteine'. | 18. *tantus inde ardor* ctt. Die Stelle erinnert an Liv. 22, 5, 8 *tantusque fuit ardor armorum*, ebenfalls mit folgendem Conjunct. perfecti: *ut — nemo pugnantium senserit*. | 21. *escensus* (= *escensio*) ist *ἅπ. εἰρ.* im Latein. | 23. *cessit* 'ward überlassen', wie 14, 36, vgl. Liv. 31, 46, 16 *captiva corpora Romanis cessere*, Cic. Verr. 2 § 170 *ut etiam is quaestus huic cederet* u. s. 1, 1, 6. | 25. *cetera terrore et alia . . in deditionem veniebant* = *cetera in d. veniebant alia terrore, alia e. s.* | Über *et alii* (ohne *ceteri*) s. zu 12, 41. | *sponte* mit dem Genetiv wie 4, 51; 12, 42, s. 2, 59, 9. | 26. Über die Lage von Artaxata s. zu 12, 50.

40. 1. *concedere* 'weichen, das Feld räumen, Raum geben' (und deshalb hier = 'geschehen lassen'), vgl. Cic. ad fam.: 4, 3, 4 *a me sic diligitur, ut tibi uni concedam, praeterea nemini*, pro Mur. 27, 57 *dignitati eorum* (sc. *competitorum*) *concessit, cum petere destitit*, ib. 23, 47 *concessit senatus postulationi tuae*. | 2. Über *seque et* s. Einl. § 65. | 3. *inligare* statt *impedire, implicare* auch 15, 1 *bellis*, hist. 3, 46 *externo bello*, Cic. de orat. 2 § 61 *ita sunt angustis et concisis disputationibus inligati*. | 4. *dato die* 'an einem passenden Tage' wie 4, 40 *dato tempore* 'zu gelegener Zeit'. | 6. *viae pariter et pugnae* (s. Kp. 39, 13), mit demselben Dativ des Zweckes (statt *ad*) heifst es 1, 51 *incessitque itineri et proelio*. S. Einl. § 31, b. | 8. *mediis — delectis*, zur Abwechselung statt *medio — delecti* 'in der Mitte waren Ausgewählte'. | 9. *quibus iusserat ut*, s. zu 4, 72, 3. | 10. *ut — non* statt *ut — ne* vgl. Kp. 51 *ergo edixit princeps, ut*

in cornibus pedes sagittarius et cetera manus equitum ibat, productiore cornu sinistro per ima collium, ut, si hostis intravisset, fronte simul et sinu exciperetur. adsultare ex diverso Tiridates, non usque ad ictum teli, sed tum minitans, tum specie trepidantis, si laxare ordines et diversos consectari posset. ubi nihil temeritate solutum nec amplius quam decurio equitum audentius progressus et sagittis confixus ceteros ad obsequium exemplo firmaverat, propinquis iam tenebris abscessit.

12 Miro tamen certamine procerum decernuntur supplicationes apud omnia pulvinaria, utque Quinquatrus, quibus apertae insidiae essent, ludis annuis celebrarentur; aureum Minervae simulacrum in curia et iuxta principis imago statuerentur; dies natalis Agrippinae inter nefastos esset. Thrasea Paetus silentio vel brevi adsensu priores adulationes transmittere solitus exiit tum senatu, ac sibi causam periculi fecit, ceteris libertatis

---

11. 3. *frustra habita,* wie 13, 37. | 4. Über den Unterschied von *donativum* und *congiarium* s. zu 13, 31, 7. | 5. *periculaque* ctt. sind die Intriguen, mit welchen sie ihre Gegner verfolgte. | 6. *inrumpere* mit dem Accusativ, wie 1, 48 und oft; schon Caes. B. C. 1, 27, 3 u. a. | In 13, 5 hat Tac. erzählt, wie Agrippina ungesehen den Senatssitzungen im Palatium beiwohnte und Versuche machte, bei Audienzen als Kaiserin aufzutreten. | 7. *temporum quoque Claudianoum* für *Claudianorum quoque temporum*, s. 11, 8, 11 zu *patris sui quoque.* | 9. *publica fortuna,* ein Adverbium des Urteils vertretend, s. zu 1, 18, 9. | *namque* 'führt das Folgende als etwas ein, das natürlich zum Vorhergehenden mit gehöre und selbstverständlich sei' Heraeus zu hist. 4, 83 *cognoscit urbem illic Sinopen nec procul templum vetere inter accolas fama Iovis Ditis: namque* (natürlich: denn) *et muliebrem effigiem adsistere, quam plerique Proserpinam vocent.* Ebenso *nam* ann. 14, 44. 52, Germ. 14 *exigunt enim a principis sui liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam: nam epulae et quamquam incompti, largi tamen apparatus pro stipendio cedunt.* | 10. *quis — inveniretur* 'wer hätte gefunden werden können', Potentialis der Vergangenheit, s. zu 13, 3, 16. | 12. *classes* ist genereller Plural, denn es war nur Eine Flotte (bei Misenum) in der Nähe. | 14. Dafs *Seneca* die Reden des Nero ausarbeitete, ist 13, 3 erwähnt: *oratio a Seneca composita* ctt. | *adverso rumore esse* auch hist. 2, 26 und Liv. 27, 20, 9 'Gegenstand übler Nachrede sein'.

12. 3. Über das Fest der Minerva s. zu Kp. 4. | 5. *Thrasea Paetus.* Vgl. zu 13, 49. | 6. *brevi adsensu transmittere* 'mit flüchtigem Beifall hinweggehen über', wie hist. 2, 59 *brevi auditu quamvis magna transibat.* | 7. *ac sibi causam periculi* ctt. Tacitus tadelt wiederholt den erfolglosen Trotz, der den Tyrannen nur erbittert, ohne zu nützen. So stellt er Männer, wie Agricola, höher als diejenigen, *qui per abrupta, sed in nullum rei publicae usum ambitiosa morte inclaruerunt* (Agr. 42).

initium non praebuit. prodigia quoque crebra et inrita intercessere. anguem enixa mulier, et alia in concubitu mariti fulmine exanimata: iam sol repente obscuratus et tactae de caelo quattuordecim urbis regiones. quae adeo sine cura deum eveniebant, ut multos post annos Nero imperium et scelera continuaverit. ceterum quo gravaret invidiam matris eaque demota auctam lenitatem suam testificaretur, feminas inlustres Iuniam et Calpurniam, praetura functos Valerium Capitonem et Licinium Gabolum sedibus patriis reddidit, ab Agrippina olim pulsos. etiam Lolliae Paulinae cineres reportari sepulcrumque extrui permisit; quosque ipse nuper relegaverat, Iturium et Calvisium, poena exsolvit. nam Silana fato functa erat, longinquo ab exilio Tarentum regressa labante iam Agrippina, cuius inimicitiis conciderat, vel mitigata.

Tamen cunctari in oppidis Campaniae, quonam modo 13
urbem ingrederetur, an obsequium senatus, an studia plebis reperiret, anxius. contra deterrimus quisque, quorum non alia regia fecundior extitit, invisum Agrippinae nomen et morte eius accensum populi favorem disserunt: iret intrepidus et venerationem sui coram experiretur; simul praegredi exposcunt. et promptiora quam promiserant inveniunt, obvias tribus, festo cultu senatum, coniugum ac liberorum agmina per sexum et aetatem disposita, extructos, qua incederet, spectaculorum gradus, quo modo triumphi visuntur. hinc superbus ac publici

---

10. *iam* bildet den Fortschritt einer Beweisführung 'vollends' oder äufserlichen Aufzählung 'ferner'. | *sol repente obscuratus.* Nach Plin. n. h. 2 § 180 ereignete sich diese Sonnenfinsternis d. 30. April 59 zwischen der siebenten und achten Tagesstunde. | 11. *quattuordecim.* Nach Abschaffung der alten Tribus hatte Augustus im J. 8 v. Chr. ganz Rom in 14 Regionen geteilt, von denen 13 am linken Ufer des Tiber lagen. | 12. *sine cura deum.* Obgleich Tacitus an die Vorsehung der Götter und an Weissagungen glaubt, so ist er doch weit entfernt, jedes auffallende Ereignis für eine göttliche Warnung zu halten. | *imperium et scelera continuaret* 'fortherrschte und fortfrevelte'. | 14. Junia Calvina war im J. 49, nachdem ihr Bruder Silanus sich getötet hatte, verbannt. S. 12, 8. Dasselbe widerfuhr der Calpurnia in demselben Jahre, weil sie die Eifersucht der Agrippina erregt hatte. | 15. Valerius und Licinius sind unbekannt. | 17. Über Lollia Paulina s. zu 12, 22. Sie war in der Verbannung auf Antrieb der Agrippina ermordet worden. | 18. *permittere* mit Accus. c. inf. (pass.) auch hist. 1, 47; 4, 22 nach der Analogie von *imperare.* Vgl. 1, 72. | Iturius, Calvisius und Silana wurden im J. 55 verbannt, weil sie die Agrippina angeklagt hatten, sie wolle den Rubellius Plautus auf den Thron setzen. Vgl. 13, 19—22. | 19. *nam* giebt die Begründung für den unausgesprochenen Gedanken: Silana konnte er nicht mehr von der Strafe entbinden, wie Iturius und Calvisius.

13. 1. *cunctari* sc. Nero (zu ergänzen aus Kp. 12, 12 und 12, 18 *ipse*). | 5. *disserunt* mit Akk. 'reden von', s. zu 4, 23, 10. | 6. *exposcere* mit dem Infinitiv nach Verg. Aen. 4, 78 *Iliacosque iterum demens audire labores exposcit.* 9, 193. | 9. *spectaculorum gradus* 'Tribünen' für Zuschauer.

servitii victor Capitolium adiit, grates exsolvit, seque in omnes libidines effudit, quas male coercitas qualiscumque matris reverentia tardaverat.

14 Vetus illi cupido erat curriculo quadrigarum insistere, nec minus foedum studium cithara ludicrum in modum canere. concertare equis regium et antiquis ducibus factitatum memorabat, idque vatum laudibus celebre et deorum honori datum. enimvero cantus Apollini sacros, talique ornatu adstare non modo Graecis in urbibus, sed Romana apud templa numen praecipuum et praescium. nec iam sisti poterat, cum Senecae ac Burro visum, ne utraque pervinceret, alterum concedere. clausumque valle Vaticana spatium, in quo equos regeret, haud promisco spectaculo. mox ultro vocari populus Romanus laudibusque extollere, ut est vulgus cupiens voluptatum et, si eodem princeps trahat, laetum. ceterum evulgatus pudor non satietatem, ut rebantur, sed incitamentum attulit. ratusque dedecus molliri, si plures foedasset, nobilium familiarum posteros egestate venales in scaenam deduxit; quos fato perfunctos ne nominatim tradam, maioribus eorum tribuendum puto. nam [et] eius flagitium est, qui pecuniam ob delicta potius dedit, quam ne delinquerent. notos quoque equites Romanos operas arenae promittere subegit donis ingentibus, nisi quod merces ab eo, qui iubere potest, vim necessitatis adfert.

15 Ne tamen adhuc publico theatro dehonestaretur, instituit ludos Iuvenalium vocabulo, in quos passim nomina data. non

---

11. *Capitolium.* Früher fuhren die triumphierenden Feldherren auf das Kapitol, um dort den Lorbeer in den Schofs des Juppiter niederzulegen. | 12. *male* 'nur schwach', s. zu 11, 19, 4.

14. 1. *cupido erat* mit dem Inf. wie Verg. Aen. 2, 349 *si vobis audentem extrema cupido certa sequi,* ebenso *cura fuit* ann. 2, 55, *ratio fuit* hist. 3, 22. | 2. *ludicrum in modum* 'nach Schauspielerart, wie ein Bühnenkünstler'. | 3. *antiquis ducibus* ctt. Die grofsen nationalen Wettkämpfe der Griechen sind gemeint, die Pindar in seinen Oden besingt. Dort traten aber Könige und Feldherren nicht persönlich auf, sondern liefsen ihre Wagenlenker fahren. | 4. *deorum honori,* nämlich dem Apoll, Poseidon, Zeus und Herakles. | 6. *in* — *apud.* Dieselben Präpositionen wechseln: 6, 22 *tristia in bonos, laeta apud deteriores.* Vgl. Einl. § 60. | 8. *ne utraque pervinceret* 'damit er nicht beides durchsetzte', s. zu 12, 60, 13 *quae vicerant.* | 9. Die *vallis Vaticana* (oder der *campus Vat.*) liegt nördlich vom Janiculum auf dem rechten Tiberufer. Dort hatte schon Caligula Wettrennen gehalten. *valle Vaticana.* Über den Abl. loci s. Einl. § 35. | *haud promisco* ctt. d. h. das Volk ward nicht zugelassen. | 12. *evulgare* 'gemeinmachen, preisgeben, opfern'. Vgl. 11, 26, 14. | 14. *molliri* im Sinne eines Futurums, s. zu 2, 34, 2. | *plures* = *complures* (trotz Knoke). | 16. Zu *ne* nach *maioribus tribuendum puto* vgl. 3, 23 *Scauro datum, ne bona publicarentur.* | 17. *nam.* Ergänze: diese Rücksicht ist erlaubt. | 19. *nisi quod* 'nur dafs, aber freilich', nachträglich ein Urteil limitierend, also etwa zu erklären: wenn es nicht zu kühn ist von einer Veranlassung durch Geschenke zu reden, weil u. s. w., s. 12, 16, 7.

15. 2. Die *Iuvenalia* kommen nur unter Nero vor. | *vocabulo,* s.

nobilitas cuiquam, non aetas aut acti honores impedimento, quo minus Graeci Latinive histrionis artem exercerent usque ad gestus modosque haud viriles. quin et feminae inlustres deformia meditari; extructaque apud nemus, quod navali stagno circumposuit Augustus, conventicula et cauponae et posita veno inritamenta luxui. dabanturque stipes, quas boni necessitate, intemperantes gloria consumerent. inde gliscere flagitia et infamia, nec ulla moribus olim corruptis plus libidinum circumdedit quam illa conluvies. vix artibus honestis pudor retinetur, nedum inter certamina vitiorum pudicitia aut modestia aut quicquam probi moris reservaretur. postremus ipse scaenam incedit, multa cura temptans citharam et praemeditans adsistentibus phonascis. accesserat cohors militum, centuriones tribunique et maerens Burrus ac laudans. tuncque primum conscripti sunt equites Romani cognomento Augustianorum, aetate ac robore conspicui, et pars ingenio procaces, alii in spem potentiae. ii dies ac noctes plausibus personare

---

zu 12, 27, 3. | *passim* geht hier in die Bedeutung 'haufenweis, in Menge' über, wie 15, 46. 57; Germ. 41 u. a. | *nomina data* 'man meldete sich dazu'. | 5. *modos* 'Melodien', in diesem Sinne auch bei Cicero. | 6. *apud* 'in'. | *navali stagno*. Dies war die Naumachia Augusti am Janiculum. S. zu 12, 56. | 8. Über *veno* s. zu 4, 1, 10. | *stipes* sind Geldgeschenke des Kaisers, welche die Teilnehmer an dem Feste erhalten, um sie in den Kaufläden auszugeben. | 9. *gloria* ist Ablat. modi 'ruhmredig, damit prahlend', s. zu 1, 8, 6. | 10. *nec ulla* sc. *colluvies*. Ebenso z. B. Cic. de off. 3, 10, 44 *nam si omnia facienda sint, quae amici velint, non amicitiae tales* sc. *amicitiae, sed coniurationes putandae sint* (wenn wir auch 'so etwas' und an unserer Stelle 'und nichts' sagen). Im Grunde dieselbe Erscheinung wie *hic est finis, haec est causa* u. s. w. Vgl. noch Seyffert-Müller zu Cic. Lael. 24, 88 *una illa sublevanda offensio est,* was nicht zu übersetzen ist 'jener einzige Anstofs', sondern 'vor allen Dingen das eine, woran sonst die Freundschaft scheitert (was sonst zu einer *offensio* wird)'. | 11. *conluvies* (Cicero *conluvio*), hier nicht blofs 'Gewühl', sondern die Folge davon 'Unflat, Pfuhl', wie bei Augustin. de civ. dei 2,18 p.67,14D. *morum pessimorum c.* | *circumdare* 'verschaffen, verleihen' wie Kp. 53 *gratiam,* hist. 4, 11 *famam* und öfter. Ebenso *περιβάλλειν τινὰ συμφοραῖς, περιτιθέναι τινὶ βασιλείαν, ἀτιμίαν, ἐλευθερίαν.* | *artibus honestis* ctt., weil jedes künstlerische Auftreten leicht zur Affektation und Ostentation verleitet. | 12. *modestia* 'Zartgefühl'. | 14. *incedere* mit dem Akkusativ des Ortes auch Kp. 22, 1, 61; hist. 3, 24. | 15. Die *phonasci* (*φωνασκοί*) sind geschulte Schauspieler; sie hatten auf die Stimmbildung und den Ton des Vortrages zu achten und mufsten den Redenden oder Singenden gelegentlich erinnern. Sueton erzählt Kp. 25, Nero habe nie gesprochen *nisi adstante phonasco, qui moneret, parceret arteriis ac sudarium ad os applicaret.* | 16. *ac* wo wir *sed* erwarten. Wir stellen die Attribute dem Sinne nach einander gegenüber, Tac. verbindet sie mit dem zugehörigen Substantiv, s. zu 1, 13, 8. | 17. Diese Claque der Augustiani oder Augustani wird auch von Sueton erwähnt; Dio nennt sie *Αὐγουστεῖοι* und schätzt sie auf 5000 Mann. Sie begleiten den Nero auch auf seinen späteren Kunstreisen. | *cognomentum* 'Name'. | 19. *personare* 'lärmen', wie 16, 4 *plebs urbis personabat certis modis plausuque composito.* So schon Cic. p. Cael. § 47, Liv. 3, 10, 10; 43, 10, 5 u. a.

formam principis vocemque deum vocabulis appellantes, quasi per virtutem clari honoratique agere.

16 Ne tamen ludicrae tantum imperatoris artes notescerent, carminum quoque studium adfectavit, contractis quibus aliqua pangendi facultas necdum insignis satis. cenati considere simul, et adlatos vel ibidem repertos versus conectere atque ipsius verba quoquo modo prolata supplere: quod species ipsa carminum docet, non impetu et instinctu nec ore uno fluens. etiam sapientiae doctoribus tempus impertiebat post epulas, ut contraria adseverantium discordia frueretur. nec deerant, qui ore vultuque tristi inter oblectamenta regia spectari cuperent.

17 Sub idem tempus levi initio atrox caedes orta inter colonos Nucerinos Pompeianosque gladiatorio spectaculo, quod Livineius Regulus, quem motum senatu rettuli, edebat. quippe

---

20. *deum vocabulis.* Nach Dio 61, 20 und 63, 20 begrüſst man ihn mit den Namen Apollo und Pythius, und als er aus Griechenland zurückkehrt, empfängt man ihn mit den Rufen: 'Olympischer, pythischer Sieger, Augustus, Herakles, Apollo — heilig ist deine Stimme; selig, die dich hören!' Dio entschuldigt sich, daſs er diese Tollheiten, um der Wahrheit willen, berichte.

16. 1. *Ne tamen.* Der gleiche Anfang mit Kp. 15 fällt nur deshalb auf, weil beide Stellen zufällig durch unsere Einteilung markiert sind. Ähnlich 1, 61 und 62. | 2. *carminum quoque studium adfectavit* 'suchte er auch den Dichter zu machen'. | 3. *satis* nachgestellt auch hist. 3, 40 *nec ausus est satis nec providit.* | 4. Daſs Nero sich fremder Hilfe bedient habe, leugnet Sueton (Kp. 52) und führt als Beweis an, daſs seine Manuskripte eigenhändig geschrieben waren und zahlreiche Korrekturen enthielten, was aber natürlich nicht hindert anzunehmen, daſs andere ihm dabei halfen. | 6. *non impetu et instinctu nec ore uno fluens* 'nicht in begeistertem Schwung noch wie aus einem Guſs dahinflieſsend'. *impetus* ist 'Aufwallung' und *instinctus* 'Erregung' wie hist. 1, 57 *instinctu et impetu* 'von Begeisterung getrieben'. *fluere* bezeichnet den leichten, ungestörten, glücklichen Fortgang, vgl. Cic. Brut. § 274 *(comprensio verborum) ita libere fluebat, ut nusquam adhaeresceret* und ann. 15, 5 *nec praesentia prospere fluebant.* | *fluens species carminum* statt *fluentium species carminum,* Enallage wie Kp. 29 *supremis testamenti verbis,* Kp. 32 *occulti rebellionis conscii,* 3, 62 *multaque alia imperatorum nomina* ('viele andere Feldherrennamen'), 15, 1 *novus insuper nuntius contumeliae.* Vgl. Cic. de imp. Cn. Pomp. 9, 22 *eorum* (sc. *membrorum*) *collectio dispersa,* Caes. B. C. 2, 28, 2 *primam sacramenti memoriam,* Liv. 2, 51, 7 *hesterna felicitate pugnae,* Verg. Aen. 1, 4 *memorem Iunonis ob iram,* Hor. sat. 1, 6, 9 *Tulli ignobile regnum* u. s. w. Viel kühner — was C. F. W. Müller: Krit. Bemerkungen zu Plin. n. h. Progr. Breslau 1888 p. 2 citiert — Mart. 6, 93, 4 *detracta cani transtiberina cutis.* (Schiller: 'Jubelhymnen hört man schallen in der Saiten goldnes Spiel'.) | 7. *tempus impertire* auch Cic. pro Balbo 1, 3 *tantum potuit impertire huic studio temporis.* | 8. *frueretur.* Ebenso lieſs Tiberius sich zum Scherz von Grammatikern alberne Vorträge halten. | 9. Mit *tristi* 'ernst' wird die Ostentation wissenschaftlicher Strenge bezeichnet.

17. 2. Nuceria lag südöstlich, Pompeji südlich vom Vesuv. | 3. Livinejus mag der Sohn des gleichnamigen Konsuls vom J. 18 n. Chr. sein, der 3, 11 unter den Verteidigern des Piso genannt ist. Seine Aus-

oppidana lascivia in vicem incessentes probra, dein saxa, postremo ferrum sumpsere, validiore Pompeianorum plebe, apud quos spectaculum edebatur. ergo deportati sunt in urbem multi e Nucerinis trunco per vulnera corpore, ac plerique liberorum aut parentum mortes deflebant. cuius rei iudicium princeps senatui, senatus consulibus permisit. et rursus re ad patres relata, prohibiti publice in decem annos eius modi coetu Pompeiani, collegiaque, quae contra leges instituerant, dissoluta; Livineius et qui alii seditionem conciverant exilio multati sunt.

18 Motus senatu et Pedius Blaesus, accusantibus Cyrenensibus violatum ab eo thesaurum Aesculapii dilectumque militarem pretio et ambitione corruptum. idem Cyrenenses reum agebant Acilium Strabonem, praetoria potestate usum et missum disceptatorem a Claudio agrorum, quos regis Apionis quondam avitos et populo Romano cum regno relictos proximus quisque possessor invaserant, diutinaque licentia et iniuria quasi iure et aequo nitebantur. igitur abiudicatis agris orta adversus iudicem invidia; et senatus ignota sibi esse mandata Claudii et consulendum principem respondit. Nero probata Strabonis sententia, se nihilo minus subvenire sociis et usurpata concedere rescripsit.

19 Sequuntur virorum inlustrium mortes, Domitii Afri et M.

---

stofsung aus dem Senate wird in einem der verlornen Bücher erwähnt gewesen sein. | 4. *oppidana lascivia* 'in kleinstädtischem Mutwillen' d. h. wie er unter Kleinstädtern vorzukommen pflegt im Gegensatz zu den Bewohnern des platten Landes, vgl. hist. 4, 18 *oppidanum certamen* 'kleinstädtischer Parteikampf'. Heraeus citiert zu dieser Stelle noch hist. 3, 57 *municipalem aemulationem bellis civilibus miscebant,* Cic. pro Planc. § 30 *quod dicitur Atinae factum a iuventute vetere quodam in scaenicos iure maximeque oppidano.* | *in vicem* ohne *se*; s. zu 13, 2 *iuvantes in vicem.* | 5. In *sumpsere* liegt ein Zeugma. Vgl. Einl. § 121. | 8. *mortes.* Der Plural steht auch Kp. 19; 11, 28; hist. 3, 28. | 10. *relata* scil. *a consulibus,* zur Beschlufsfassung. | *prohibiti publice — Pompeiani* 'wurde der Gemeinde von Pompeji untersagt'. Über *publice* = in Bezug auf den Staat s. zu 4, 36, 5. | 11. *collegia* sind Genossenschaften von privatem Charakter, die aber aufgelöst werden, weil sie den Parteigeist nähren.

18. 1. Blaesus ward erst vom Kaiser Otho begnadigt. | *accusantibus* aoristisch, s. zu 11, 35, 7. | 2. *violatum* scil. *esse.* Der Acc. c. infin. bei *accusare* auch Just. 39, 3, 6 *tum peregrinos exercitus in certamina fratrum adductos, tum repudiatam a fratre extra Aegyptum nuptam accusat.* Der Nomin. c. infin. steht 4, 22. Vgl. Einl. §§ 80. 82, a. | 3. *pretio et ambitione* 'für Geld und Gunst' (Nipperdey-Andresen). | 4. *praetoria potestate usum* ist Umschreibung statt *praetorium.* | 5. Ptolemaeus Apion, Sohn des Ptol. Physcon, vermachte das Reich ums J. 96 den Römern, worauf es Provinz ward. | 11. *usurpare* 'in Besitz nehmen' schon Cic. de or. 3 § 110 *divisione utuntur, sed ita, non ut iure aut iudicio, vi denique recuperare amissam possessionem, sed ut surculo defringendo* (als Symbol der Besitzergreifung) *usurpare videantur,* Liv. 33, 38, 3 *Zmyrna et Lampsacus libertatem usurpabant* ('nahmen in Anspruch') u. a.

19. 1. Domitius Afer, auch im Dialogus als bedeutender Redner

Servilii, qui summis honoribus et multa eloquentia viguerant, ille orando causas, Servilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris et elegantia vitae, quam clariorem effecit, ut par ingenio, ita morum diversus.

20 Nerone quartum Cornelio Cosso consulibus quinquennale ludicrum Romae institutum est ad morem Graeci certaminis, varia fama, ut cuncta ferme nova. quippe erant, qui Gnaeum quoque Pompeium incusatum a senioribus ferrent, quod mansuram theatri sedem posuisset. nam antea subitariis gradibus et scaena in tempus structa ludos edi solitos, vel si vetustiora repetas, stantem populum spectavisse, ne, si consideret, theatro dies totos ignavia continuaret. spectaculorum quidem antiquitas servaretur, quotiens praetores ederent, nulla cuiquam civium necessitate certandi. ceterum abolitos paulatim patrios mores funditus everti per accitam lasciviam, ut quod usquam corrumpi et corrumpere queat, in urbe visatur, degeneretque studiis externis iuventus, gymnasia et otia et turpes amores exercendo, principe et senatu auctoribus, qui non modo licentiam vitiis permiserint, sed vim adhibeant, *ut* proceres Romani specie orationum et carminum scaena polluantur. quid superesse, nisi ut corpora quoque nudent et caestus adsumant easque pugnas pro militia et armis meditentur? an iustitiam auctum iri et decurias equitum egregium iudicandi munus

---

erwähnt, war im J. 39 Konsul gewesen. | 2. Servilius, dessen Vater im J. 3 n. Chr. Konsul war, hatte eine Geschichte der ersten Kaiser, vielleicht bis zum Tode des Claudius, geschrieben, die verloren ist. | 4. Über die Masculinform *celebris* s. zu 2, 88. | *elegantia vitae* 'feine Lebensart' wie *morum elegantia* hist. 3, 39; Nep. Att. 19, 2. | *clariorem,* nämlich als das des Domitius, den er in sittlicher Hinsicht, an Charakter, übertraf. | 5. Der Wechsel des Ablat. *ingenio* mit dem Genet. *morum* ist wie 13, 54 *quasi impetus antiqui et bona aemulatione.* S. Einl. § 119, 1. | *diversus* mit dem Genetiv, s. zu 13, 26, 6.

20. 1. Cornelius, dessen Vater im J. 25 Konsul gewesen, stammt aus der alten Familie der Cossi, die schon im fünften Jahrh. v. Chr. sich auszeichnet. Liv. 4, 19. | 2. *ludicrum.* Er nannte dieses Fest die *Neronia.* Nach Sueton war der Wettkampf in griechischer Weise ein dreifacher: *certamen musicum, gymnicum, equestre.* | 4. Pompejus hatte im J. 55 auf dem Marsfelde neben dem Circus Flaminius ein stehendes Theater erbaut. | 6. *vetustiora* ist etwa die Zeit vor dem J. 146. | 7. *si repetas* 'wenn man zurückginge', die 2. Person, als sei es nicht indirekte, sondern direkte Rede. | Über den lokalen Ablativ *theatro* s. Einl. § 35. | 8. *antiquitas* 'der alte Brauch'. | Unter Augustus erhielten die Prätoren, deren Bedeutung durch das Principat sehr gelitten hatte, die Besorgung der sonst von den Aedilen veranstalteten Spiele, anfangs mit Subvention vom Staate, bald aber ohne dieselbe. Dies war jetzt ihre wichtigste Aufgabe. | 14. Aus *exercendo* ist per zeugma zu *gymnasia* zu entnehmen: *colendo* oder *frequentando.* | 17. *nisi ut corpora* ctt. An den gymnischen Wettkämpfen hatten also die Nobiles bisher nicht teilgenommen. | 18. *militia et armis* ist Hendiadys, wie Kp. 3 *ferrum et caedes,* 33 *fletu et lacrimis,* 16, 26 *manus ictusque audere,* hist. 4, 58 *proelium et acies.* | 19. Die *decuriae* sind die Abteilungen der aus dem Ritterstande genommenen

melius expleturos, si fractos sonos et dulcedinem vocum perite audissent? noctes quoque dedecori adiectas, ne quod tempus pudori relinquatur, sed coetu promisco, quod perditissimus quisque per diem concupiverit, per tenebras audeat.

Pluribus ipsa licentia placebat, ac tamen honesta nomina 21 praetendebant. maiores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamentis pro fortuna quae tum erat, eoque a Tuscis accitos histriones, a Thuriis equorum certamina; et possessa Achaia Asiaque ludos curatius editos, nec quemquam Romae honesto loco ortum ad theatrales artes degeneravisse, ducentis iam annis a L. Mummii triumpho, qui primus id genus spectaculi in urbe praebuerit, sed et consultum parsimoniae, quod perpetua sedes theatro locata sit potius, quam immenso sumptu singulos per annos consurgeret ac destrueretur. nec perinde magistratus rem familiarem exhausturos aut populo efflagitandi Graeca certamina *a* magistratibus causam fore, cum eo sumptu

---

Richter. Dagegen wird mit *centuriae* ihre militärische Organisation bezeichnet. | *expleturos* auf *decurias equitum* zu beziehen. Constructio ad sententiam, s. zu 2, 52, 14 *quod sub signis sociorum in unum conductos.* | 20. *fractos* 'weibisch, weichlich'. Auch Quintil. 1, 10, 31 nennt die damalige Musik *effeminata et inpudicis modis fracta.*

21. 1. *nomina* 'Titel, Gründe, Vorwände', wie 2, 33 *sub nominibus honestis*; hist. 4, 73 *libertas et speciosa nomina praetexuntur.* | 2. Über *quoque non* s. zu 3, 54, 30. | *abhorrere* mit bloſsem Ablativ (oder Dativ) auch 1, 54; hist. 4, 55; 5, 24. Zweifelhaft auch bei Cic. de fato 4, 8 *alii talibus vitiis abhorreant* (Müller schreibt *a*). Sicher der Dativ nur Liv. 2, 14, 1 *tam pacatae profectioni abhorrens mos,* sicher der Abl. Curt. 6, 7, 11 *versabat animum tanto facinore procul abhorrentem.* | 3. *pro fortuna quae tum erat* 'im Verhältnis zu, nach Maſsgabe der damaligen Mittel'. *quae tum erat* vertritt die Stelle eines Adjektivs, darum auch der Indikativ. | *a Tuscis.* Um bei einer Pest den Zorn der Götter zu besänftigen, wurden im J. 364 v. Chr. aus Etrurien scenische Spiele eingeführt, indem man Tänzer und Flötenspieler für Lohn nach Rom zog und auftreten lieſs. Die Vorstellungen bestanden anfangs nur aus einem ehrbaren Tanze mit Begleitung der Flöte. Mehr darüber giebt Liv. 7, 2. | 4. *a Thuriis.* Die Stadt Thurium oder Thurii lag an der Ostküste von Bruttium, um 444 auf den Trümmern von Sybaris erbaut. Über die Einführung der Wagenrennen von dorther ist aber nichts weiter bekannt. | *possessa* 'in Besitz genommen'. | 5. *Achaia* im J. 146; *Asia* 130, nachdem Aristonicus von Perperna und Aquilius besiegt war. | *curatius* statt *accuratius* 2, 27; 16, 22, s. 1, 13, 25. Der Gedanke ist: man habe mehr für die Spiele übrig gehabt (und deshalb natürlich auch mehr dafür gethan). | 6. *ducentis* ist runde Zahl statt 206. | 8. *quod* 'indem', s. zu 3, 9, 7. | 9. *potius quam . . . consurgeret ac destrueretur.* Die Conjunctivi Imperfecti bezeichnen im Vergleich zu *locata sit* die Irrealität, so bei Cic. de fin. 2 § 42 ex. *primum vilissimas res addunt, dein singulas potius, quam omnia, quae prima natura approbavisset, ea cum honestate coniungerent,* 4, § 39 ex. *transiliunt omnia et duo nobis opera pro uno relinquunt, ut alia sumamus, alia expetamus, potius quam uno fine utrumque concluderent,* de div. 2 § 127 und § 133, Varro r. r. 1, 13, 7, Val. Max. 5, 10, 2 ex. (Müller de off. 1 § 89 p. 56). | 10. *perinde* 'in dem Maſse' wie in den früheren Zeiten. | 12. *eo sumptu,* nämlich für die neuen *Neronia.*

res publica fungatur. oratorum ac vatum victorias incitamentum ingeniis adlaturas; nec cuiquam iudici grave aures studiis honestis et voluptatibus concessis impertire. laetitiae magis quam lasciviae dari paucas totius quinquennii noctes, quibus tanta luce ignium nihil inlicitum occultari queat. sane nullo insigni dehonestamento id spectaculum transiit. ac ne modica quidem studia plebis exarsere, quia redditi quamquam scaenae pantomimi certaminibus sacris prohibebantur. eloquentiae primas nemo tulit, sed victorem esse Caesarem pronuntiatum. Graeci amictus, quis per eos dies plerique incesserant, tum exoleverunt.

22 Inter quae sidus cometes effulsit, de quo vulgi opinio est, tamquam mutationem regis portendat. igitur quasi iam depulso Nerone, quisnam deligeretur, anquirebant. et omnium ore Rubellius Plautus celebratur, cui nobilitas per matrem ex Iulia familia. ipse placita maiorum colebat, habitu severo, casta et secreta domo, quantoque metu occultior, tanto plus famae adeptus. auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris. nam quia discumbentis Neronis apud Simbruina stagna *in villa*, cui Sublaqueum nomen est, ictae dapes mensaque disiecta erat idque finibus Tiburtum acciderat, unde paterna Plauto origo, hunc illum numine deum destinari credebant, fovebantque multi, quibus nova et ancipitia praecolere

---

14. *grave* 'niederdrückend', weil entehrend. | 19. *quamquam* in Anastrophe, s. zu 5, 9, 2. | 20. Die *pantomimi* sind dieselben, die im J. 56 aus Italien verwiesen waren und 13, 25 *histriones* genannt werden. | Die Spiele werden als 'heilige' bezeichnet nach Analogie der griechischen Nationalfeste und weil Nero in ihnen zugleich sein 5 jähriges Regierungsjubiläum feierte. Im J. 65 wurden sie wiederholt. | 22. *tum exoleverunt* 'sind dann (gleich nach den Spielen) abgekommen'.

22. 1. *sidus cometes* 15, 47, Justin. 37, 2 *stella cometes*. S. Einl. § 46. | *de quo* mit folgendem *tamquam*, die fremde Ansicht bezeichnend, vergleichbar Cic. p. Cluent. 28, 76 *de quo esset orta suspicio pecunia oppugnatum*, ad Att. 1, 13, 4 *de quo tu ad me scripsisti, posteaquam non auderet reprehendere, laudare coepisse*, ibid. 4, 15, 3 *nisi de quo exploratum sit tibi eum redditurum*. | 2. *mutationem regis* wie 2, 64 *mutatione principis* 'Regentenwechsel', | 4. Über die Abstammung des Rubellius s. zu 13, 19. Die Angabe der Abstammung ohne *esse* bei Tac. nur dann, wenn der Satz einen Dativ enthält wie 6, 51 *pater ei Nero*, Agr. 4, hist. 1, 48; 2, 50; 3, 86 (*patria illi Luceria*, wo Heraeus zu vergleichen ist). | *per matrem*, nämlich *Iuliam*, Enkelin des Tiberius. | 5. *placita colebat* 'er befolgte die Grundsätze'. *placita* 'Grundsätze, Maximen' auch hist. 3, 81, dial. 19. | 6. *secreta domus* 'Zurückgezogenheit'. | 8. *discumbentis* von Einer Person, s. zu 3, 14, 6. | 8. Die *Simbruina stagna* sind drei grofse Teiche, von der Quelle und dem obersten Laufe des Anio gebildet, etwa sechs Meilen östlich von Rom. Vgl. zu 11, 13 *Simbruini colles*. | 10. *Tiburtes* oder Tiburni sind die Einwohner von Tibur am Anio, drei Meilen westlich von Sublaqueum. | 11. *paterna*. Nach 6, 27 war sein Grofsvater ein römischer Ritter aus Tibur, der in Rom Rhetorik lehrte. | Über die Brachylogie *hunc illum* s. zu 12, 36, 5 *quis ille*. | 12. *praecolere* 'voreilig huldigen' ist in dieser Bedeutung *ἅπ. εἰρ.*

avida et plerumque fallax ambitio est. ergo permotus his Nero componit ad Plautum litteras, consuleret quieti urbis seque prava diffamantibus subtraheret: esse illi per Asiam avitos agros, in quibus tuta et inturbida iuventa frueretur. ita illuc cum coniuge Antistia et paucis familiarium concessit.

Isdem diebus nimia luxus cupido infamiam et periculum Neroni tulit, quia fontem aquae Marciae ad urbem deductae nando incesserat; videbaturque potus sacros et caerimoniam loci corpore loto polluisse. secutaque anceps valetudo iram deum adfirmavit.

23 At Corbulo post deleta Artaxata utendum recenti terrore ratus ad occupanda Tigranocerta, quibus excisis metum hostium intenderet vel, si pepercisset, clementiae famam adipisceretur, illuc pergit, non infenso exercitu, ne spem veniae auferret, neque tamen remissa cura, gnarus facilem mutatu gentem ut segnem ad pericula, ita infidam ad occasiones. barbari, pro ingenio quisque, alii preces offerre, quidam deserere vicos et in avia digredi; ac fuere qui se speluncis et carissima secum abderent. igitur dux Romanus diversis artibus *usus*, misericordia adversum supplices, celeritate adversus profugos, inmitis iis, qui latebras insederant, ora et exitus specuum sarmentis virgultisque completos igni exurit. atque illum fines suos prae-

---

15. *diffamare* mit verbalem Assusativ. Sonst hat es ein transitives Objekt der Person, wie 15, 49. Zuerst bei Ovid. met. 4, 236 *vulgat adulterium diffamatumque parenti indicat.* | 17. Antistia Pollitta, Tochter des Konsularen Antistius Vetus, wählte im J. 65 nebst ihrem Vater den Selbstmord, um der Verurteilung zu entgehen (16, 10 und 11), nachdem schon im J. 62 Rubellius auf Neros Befehl ermordet war. | 19. *quia* 'indem', s. zu 3, 9, 7. | *aquae Marciae*, eine von Q. Marcius Rex im J. 149 auf Senatsbeschlufs angelegte Wasserleitung, die aus der Gegend von Tibur kam. | 20. *sacros.* Es wird ein Heiligtum (*fanum*) neben der Quelle gewesen sein. | 21. *anceps valetudo.* Nach Sueton ist er sehr kräftig und während seiner ganzen Regierung nur dreimal krank gewesen, ohne dabei seine Lebensweise zu ändern.

23. 1. Artaxata war im J. 58 zerstört worden. | *recenti,* wie Agr. 36 *recentem terrorem.* | 2. Tigranocerta lag südwestlich davon unweit des Tigris. | *quibus* = *ut iis,* so dafs zu *vel* — *adipisceretur* nur *ut* gehört. | 5. *facilis mutatu* wie hist. 2, 63. | *facilem* — *gentem* ist Subjekt des Infinitivsatzes, wozu die Prädikate *segnem* und *infidam* (sc. *esse*). | 6. *ut segnem ad pericula, ita infidam ad occasiones* 'thatenlos der Gefahr gegenüber, aber treulos bei sich darbietender Gelegenheit'. *Ad* 'in Hinsicht auf, wenn es ankommt auf' besonders bei Adj. häufig (1, 40 *degenerem ad pericula,* 6, 8 *ad Caesaris amicitiam validus,* hist. 3, 33 *viles ad praedam* u. s. w.), durchaus klassisch, s. Naegelsbach-Müller Stil.[8] p. 485 u. f. | 7. *preces offerre* stärker (demütiger) als *preces afferre* 15, 25, hist. 3, 38. | 8. *carissima* 'das Wertvollste', vgl. hist. 4, 62 *alii nulla dedecoris cura pecuniam aut carissima sibimet ipsi circumdare*, Caes. B. G. 5, 33, 6 *quaeque quisque eorum carissima haberet, ab impedimentis petere atque arripere,* Liv. 21, 60, 9 *omnibus fere caris rebus relictis.* | 10. *inmitis iis,* s. zu 12, 20, 1. | 12. *praegredi* statt *praetergredi.* So verbindet Tac. *prae* statt *praeter* mit *ferre, festinare, fluere, labi, vehi.*

gredientem incursavere Mardi, latrociniis exerciti contraque inrumpentem montibus defensi; quos Corbulo inmissis Hiberis vastavit hostilemque audaciam externo sanguine ultus est.

24 Ipse exercitusque ut nullis ex proelio damnis, ita per inopiam et labores fatiscebant, carne pecudum propulsare famem adacti. ad hoc penuria aquae, fervida aestas, longinqua itinera sola ducis patientia mitigabantur, eadem pluraque gregario milite tolerantis. ventum dehinc in locos cultos demessaeque segetes, et ex duobus castellis, in quae confugerant Armenii, alterum impetu captum; qui primam vim depulerant, obsidione coguntur. unde in regionem Tauraunitium transgressus inprovisum periculum vitavit. nam haud procul tentorio eius non ignobilis barbarus cum telo repertus ordinem insidiarum seque auctorem et socios per tormenta edidit, convictique et puniti sunt, qui specie amicitiae dolum parabant. nec multo post legati Tigranocerta missi patere moenia adferunt, intentos popularis ad iussa: simul hospitale donum, coronam auream, tradebant. accepitque cum honore, nec quicquam urbi detractum, quo promptius obsequium integri retinerent.

25 At praesidium Legerda, quod ferox iuventus clauserat, non sine certamine expugnatum est: nam et proelium pro muris ausi erant et pulsi intra munimenta aggeri demum et inrumpentium armis cessere. quae facilius proveniebant, quia Parthi Hyrcano bello distinebantur. miserantque Hyrcani ad

---

13. *Mardi.* Sie wohnten in den Gebirgsländern südwestlich des Kaspi-Sees und waren den Medern verwandt, kriegerisch und unabhängig, nur vorübergehend von Alexander unterworfen. Da aber der Weg des Corbulo nicht an ihnen vorbeigeht, so ist anzunehmen, dafs sie weiter als früher nach Westen gedrungen waren. | 14. Über die Hiberer s. zu 12, 44. | *vastare aliquem* statt *terram alicuius* wie Kp. 38; 15, 1 u. a.; so schon Liv. 23, 42, 5 *ita sumus — devastati.* Ebenso *perpopulatus* Kp. 26.

24. 2. *fatiscere* auch 3, 38; 6, 7 und öfter, (seit Verg. z. B. Aen. 1, 123) gehört zeugmatisch zu *ut nullis — damnis.* | *pecudum*, also hatten sie kein Brod. | 3. Über *ad hoc* 'dazu' s. zu 12, 34. | 7. *impetu* 'nur so im Anlauf'; Liv. *primo i.* | 8. *Tauraunitium.* Dies Volk ist unbekannt. | 9. *periculum vitare* 'der Gefahr entgehen', eine aus Cic. und Caes. bekannte Wendung. Ähnlich *fuga mortem vitaverat* (B. G. 5, 20, 2). | 13. *Tigranocerta,* fem., Acc. *Tigranocertam* 15, 4 und 5, Frontin. 2, 1, 14; 2, 2, 4; 2, 9, 5; Eutrop. 6, 9, 1; Oros. 6, 3, 6. Abl. *Tigranocerta* Plin. hist. n. 6, 27 und bei Tac. aufser an unserer Stelle 15, 5. Vgl. *in urbe Artaxata* 2, 56 und 6, 33. *Tigranocerta,* neutr. Plur., Dat. *Tigranocertis* 15, 8, Acc. *Tigranocerta* 14, 23; Abl. *Tigranocertis* 15, 6. (Georges: Lex. d. lat. Wortformen. | *patere moenia* neu für *patere portas.* | 15. *cum honore* 'in Ehren'.

25. 1. *Legerda.* Der Platz wird auch von dem Geographen Ptolemaeus 5, 13, 19 erwähnt. | 4. *provenire* 'gelingen', wie 1, 19; 4, 12 und öfter. Der Tropus ist vom Hervorkommen der Feldfrüchte entlehnt, so *proventus* bei Caes. z. B. B. G. 7, 29, 3. | 5. Die Hyrkaner wohnten südöstlich des Kaspi-Sees. Vgl. 13, 37 *satis comperto Vologesen defectione*

principem Romanum societatem oratum, attineri a se Vologesen pro pignore amicitiae ostentantes. eos regredientes Corbulo, ne Euphraten transgressi hostium custodiis circumvenirentur, dato praesidio ad litora maris rubri deduxit, unde vitatis Parthorum finibus patrias in sedes remeavere.

Quin et Tiridaten per Medos extrema Armeniae intrantem, 26
praemisso cum auxiliis Verulano legato, atque ipse legionibus citis, abire procul ac spem belli amittere subegit; quosque nobis aversos animis cognoverat, caedibus et incendiis perpopulatus possessionem Armeniae usurpabat, cum advenit Tigranes a Nerone ad capessendum imperium delectus, Cappadocum ex nobilitate, regis Archelai nepos, sed quod diu obses apud urbem fuerat, usque ad servilem patientiam demissus. nec consensu acceptus, durante apud quosdam favore Arsacidarum. at plerique superbiam Parthorum perosi datum a Romanis regem malebant. additum ei praesidium mille legionarii, tres sociorum cohortes duaeque equitum alae, et quo facilius novum regnum tueretur, pars Armeniae, ut cuique finitima, Pharasmani Polemonique et Aristobulo atque Antiocho parere iussae sunt. Corbulo in Suriam abscessit, morte Ummidii legati vacuam ac sibi permissam.

Hyrcaniae attineri (im J. 58). | *distinebantur* 'vollauf zu thun hatten', ebenso hist. 4, 55 *omnis exercitus suis quemque bellis distineri.* | 9. *maris rubri* statt *rubri maris*, wie sonst gewöhnlich gestellt wird, auch ann. 2, 61 *rubrum ad mare.* Dafs die Gesandten auf diesem Wege nicht durch parthisches Gebiet gekommen sind, ist unverständlich. Oder es müssen sich schon damals alle oberen Satrapieen vom Reiche losgelöst haben. So Nipp.-Andresen.

26. 1. Tiridates, König von Grofs-Armenien, war im J. 58, nachdem er den Corbulo ohne Erfolg angegriffen, nach Medien entwichen. 13, 37—41. | 2. Verulanus Severus, auch 15, 3 erwähnt, ist noch im J. 62 dort gewesen, später unter Nero Konsul geworden. | *atque ipse* sc. *adventans.* (Ein solches Particip ist zu ergänzen.) | *citus* in derselben Bedeutung 11, 1; 12, 31. | 3. *amittere* 'aufgeben', s. zu 12, 45, 15. | 5. *possessionem usurpabat* (Imperf. de con.) 'wollte die Besitznahme von A. vollziehen'. Vgl. Kp. 18, 11. | Dieser Tigranes (nicht zu verwechseln mit dem 6, 40 genannten, der sein Oheim war) ist ein Nachkomme Herodes des Grofsen von Judäa. | 7. *nepos* ungenau statt *pronepos,* denn Archelaus war Vater der Grofsmutter des Tigranes. | *apud* 'in'. | 9. *durare,* wie Germ. 33 *maneat duretque odium* und öfter. | *Arsacidarum.* Aus diesem königlichen Geschlechte stammte Tiridates. | 13. Pharasmanes ist König von Hiberien, Polemo von Pontus, Aristobulus von Klein-Armenien, Antiochus von Kommagene im Norden Syriens. | 14. Der Plural *iussae sunt,* weil das Subj. *pars* wiederholt zu denken ist. Ähnlich Cic. ad fam. 10, 5, 1 *itaque commemoratio tua paternae necessitudinis benevolentiaeque, quam erga me a pueritia contulisses, ceterarumque rerum, quae ad eam sententiam pertinebant, incredibilem mihi laetitiam attulerunt.* | 15. Ummidius war schon im J. 55 gestorben, sein Nachfolger P. Antejus nur anstandshalber ernannt, aber nie aus Rom gelassen. 13, 22. Deshalb erhielt Corbulo die Provinz.

27 Eodem anno ex inlustribus Asiae urbibus Laodicea tremore terrae prolapsa, nullo *a* nobis remedio, propriis opibus revaluit. at in Italia vetus oppidum Puteoli ius coloniae et cognomentum a Nerone apiscuntur. veterani Tarentum et Antium adscripti non tamen infrequentiae locorum subvenere, dilapsis pluribus in provincias, in quibus stipendia expleverant; neque coniugiis suscipiendis neque alendis liberis sueti orbas sine posteris domos relinquebant. non enim, ut olim, universae legiones deducebantur cum tribunis et centurionibus et sui cuiusque ordinis militibus, ut consensu et caritate rem publicam efficerent, sed ignoti inter se, *e* diversis manipulis, sine rectore, sine adfectibus mutuis, quasi ex alio genere mortalium repente in unum collecti, numerus magis quam colonia.

28 Comitia praetorum arbitrio senatus haberi solita, quod acriore ambitu exarserant, princeps composuit, tris, qui supra numerum petebant, legioni praeficiendo. auxitque patrum honorem statuendo, ut, qui a privatis iudicibus ad senatum provocavissent, eiusdem pecuniae periculum facerent, cuius ii, qui imperatorem appellarent; nam antea vacuum id solutumque poena fuerat. fine anni Vibius Secundus eques Romanus accusantibus Mauris repetundarum damnatur atque Italia ex-

---

27. 1. Laodicea lag im südwestlichen Phrygien. | 3. Nach *Puteoli* am Golf von Neapel war zuerst im J. 194, dann unter Augustus eine römische Kolonie gesandt. Die alte Stadtgemeinde wird jetzt mit der Kolonie vereinigt. | 4. *cognomentum* 'Name'. | 5. *infrequentiae locorum subvenere* beruht auf dem 3, 24, 1 erörterten Sprachgebrauch. | 6. *pluribus* 'die Mehrzahl' wie z. B. Kp. 42; 49; 60; 15, 48. 68. | *stipendia explere* nach Analogie von *annum, annos explere.* | 7. Weil *orbas* vieldeutig ist, so wird es noch durch *sine posteris* erklärt. | 10. *sui cuiusque ordinis* 'ihrer einzelnen (der respektiven) Manipeln', wie Agr. 16 *suae cuiusque iniuriae ultor,* durchaus klassisch. Vgl. Cic. Acad. pr. 2, 7, 19 *in sensibus sui cuiusque generis,* Tusc. 4 § 28 *haec proclivitas ad suum quodque genus,* de fin. 5 § 46 *sua quaeque vis,* Liv. 25, 17, 5 *suae cuique genti,* 33, 46, 9 *suo quoque anno,* Caes. B. C. 1, 83 *suae cuiusque legionis,* Quint. 2, 10, 15 (4, 2, 62) *suo quoque loco* u. a. (s. Madvig de fin. a. a. O.). | 13. *numerus,* ein bloſser Haufe, bloſses Aggregat von Individuen, kein Organismus, bloſs Ziffern, verächtlich, wie Hor. ep. 1, 2, 27 *nos numerus sumus et fruges consumere nati.*

28. 1. Das Wort *comitia* diente seit Tiberius auch zur Bezeichnung dieser vom Senat vollzogenen Wahlen. | 3. *legioni praeficiendo.* Indem also drei von den Bewerbern zu Legaten ernannt wurden, blieben nur so viele übrig, als Prätorstellen zu vergeben waren, sodaſs die Wahlintriguen von selbst aufhörten. | 4. *privatis* d. h. in Civilsachen. | *provocavissent.* An die Stelle der Provokation an das Volk oder der Appellation an einen Beamten trat seit Augustus die Appellation an den Senat oder Stadtpräfekten, in den Provinzen an den Statthalter, erst in höherer und letzter Instanz an den Kaiser. Das als Kaution zu deponierende Succumbenzgeld (*eiusdem pecuniae* ctt.) sollte frivolen Berufungen vorbeugen und betrug ein Drittel des Streitobjektes. | 8. *Mauris.* Den letzten König von Mauretanien, Ptolemaeus, lieſs Caligula im J. 41 aus Habgier in Rom

igitur, ne graviore poena adficeretur, Vibii Crispi fratris opibus enisus.

Caesennio Paeto et Petronio Turpiliano consulibus gravis 29
clades in Britannia accepta, in qua neque A. Didius legatus, ut memoravi, nisi parta retinuerat, et successor Veranius modicis excursibus Siluras populatus, quin ultra bellum proferret, morte prohibitus est, magna, dum vixit, severitatis fama, supremis testamenti verbis ambitionis manifestus: quippe multa in Neronem adulatione addidit subiecturum ei provinciam fuisse, si biennio proximo vixisset. sed tum Paulinus Suetonius obtinebat Britannos, scientia militiae et rumore populi, qui neminem sine aemulo sinit, Corbulonis concertator, receptaeque Armeniae decus aequare domitis perduellibus cupiens. igitur Monam insulam, incolis validam et receptaculum perfugarum, adgredi parat, navesque fabricatur plano alveo adversus breve

---

ermorden. Den darauf ausgebrochenen Aufstand dämpfte Claudius und machte aus dem Lande zwei kaiserliche Provinzen, Mauretania Tingitana und M. Caesariensis. | 9. Vibius Crispus, ein gewandter Redner und gefürchteter Denunziant, reich und von Einflufs, ward unter Vespasian Prokonsul von Afrika und lebte bis ins letzte Decennium des ersten Jahrhunderts.

29. 1. L. Caesennius Paetus geht im J. 62 als Legat des Corbulo nach Armenien, benimmt sich feig und wird schon im J. 63 wieder abberufen, 72 Legat von Syrien und unter Domitian Prokonsul von Asien. | Petronius geht noch in demselben Jahre (61) als Befehlshaber nach Britannien, wo er den Suetonius Paulinus ablöst und durch Nachgiebigkeit den Aufstand beschwichtigt. Bei seiner Rückkehr erhält er die Insignien des Triumphes und wird 68 auf Befehl des Galba in Rom getötet. | Über *et* s. zu 4, 68, 1. | 2. Didius hatte im J. 49 den Orient verlassen, wo er den König Mithridat von Bosporus mit einem römischen Truppenkommando vertrieben. Im J. 50 folgte er dem Ostorius in Britannien. | 3. Veranius, seit dem Jahre 58; Suetonius Paulinus seit 59. | 4. *Siluras,* im südlichen Wales. | Zu *quin* statt *quominus,* abhängig von dem positiven *prohibere,* vgl. Apul. met. 9, 20 *tenebras sibi causabatur obsistere, quin clavem reperiret.* | 6. *supremis testamenti verbis* heifst nicht 'in den letzten Worten seines Testamentes', sondern 'in seinen letztwilligen Verfügungen', denn es steht für *supremi testamenti verbis* (Enallage, s. Kp. 16, 6). Zu dem Ausdruck vgl. aufser *supremis tabulis* (6, 38; 16, 14), Ovid. met. 8, 137 *supremaque funera,* Val. Flacc. 5, 226 *supremo sub funere.* | Unter *ambitio* ist ehrsüchtige Prahlerei zu verstehen. | Über *manifestus* mit dem Genetiv s. zu 2, 85, 7. | *multa cum adulatione* 'es war eine starke Schmeichelei, dafs er', ein Adverbium des Urteils vertretend, s. zu 1, 18, 9. | 8. Suetonius, später als Feldherr des Otho in den Historien auftretend, erlangt die Verzeihung des Vitellius. | 10. *concertator* (= *aemulus*) ist *ἅπ. εἰρ.* | 12. *Mona,* hier Anglesey, wie auch bei Ptolemaeus, ist bei Caesar die Insel Man. | 13. *adversus breve et incertum fretum* 'gegen (berechnet für) die Untiefen und unsicheren Stellen der See'. Zu *brevis* 'seicht, flach' vgl. Verg. Aen. 5, 221 *brevibusque vadis* und blofs *brevia* (*τὰ βραχέα*) 1, 111 *tris Eurus ab alto in brevia et syrtis urguet,* 10, 289 *brevibus se credere saltu,* ann. 1, 70 *neque discerni poterant incerta ab solidis, brevia a profundis,* 6, 33 *pulsoque introrsus freto brevia litorum nudantur.*

et incertum *fretum.* sic pedes; equites vado secuti aut altiores inter undas adnantes equis tramisere.

30 Stabat pro litore diversa acies, densa armis virisque, intercursantibus feminis. in modum Furiarum veste ferali, crinibus deiectis faces praeferebant; Druidaeque circum, preces diras sublatis ad caelum manibus fundentes, novitate aspectus perculere militem, ut quasi haerentibus membris immobile corpus vulneribus praeberent. dein cohortationibus ducis et se ipsi stimulantes, ne muliebre et fanaticum agmen pavescerent, inferunt signa sternuntque obvios et igni suo involvunt. praesidium posthac inpositum victis excisique luci saevis superstitionibus sacri: nam cruore captivo adolere aras et hominum fibris consulere deos fas habebant. haec agenti Suetonio repentina defectio provinciae nuntiatur.

31 Rex Icenorum Prasutagus, longa opulentia clarus, Caesarem heredem duasque filias scripserat, tali obsequio ratus regnumque et domum suam procul iniuria fore. quod contra vertit, adeo ut regnum per centuriones, domus per servos velut capta vastarentur. iam primum uxor eius Boudicca verberibus adfecta et filiae stupro violatae sunt: praecipui quique Icenorum, quasi cunctam regionem muneri accepissent, avitis bonis

---

— *fretum* dichterisch = *mare.* | 14. *pedes; equites.* Über die Abwechselung des Numerus s. Einl. § 3. | *vado,* Abl. *itineris.* | 15. *adnantes equis* 'neben den Pferden herschwimmend', d. h. ohne die Pferde abzugeben. | *tramisere* intransitiv wie hist. 5, 19.

30. 1. *diversa* 'feindlich' wie 13, 57 und öfter. | 3. *deiectis* statt *passis, dissolutis.* | 4. *fundentes* nach Verg. Aen. 6, 55 *funditque preces rex pectore ab imo.* | 6. *cohortationibus* 'auf Grund, infolge von —', s. zu 3, 24, 15. | 7. *pavescere* mit dem Accusativ auch 1, 4. 59, hist. 4, 7. Ebenso konstruiert Tac. *expavescere* und *pavere.* | 8. *igni,* nämlich von den Fackeln. | *involvunt,* indem die Kleider der Feinde in Brand gesteckt werden. Nach Verg. G. 2, 308 *totum involvit flammis nemus.* | 9. Daſs die Kelten Menschenopfer darbrachten, bezeugt auch Caesar. Doch unter Tiberius wurden sie in Gallien, unter Claudius in dem unterworfenen Teil Britanniens abgeschafft. | 10. *adolere,* auch 6, 28, hist. 2, 3, ist ein sakraler Ausdruck; in derselben Verbindung wie hier: Lucr. 4, 1231 *adolent altaria donis,* Verg. Aen. 7, 71 *castis adolet altaria taedis,* also 'beräuchern, mit Opferdampf erfüllen'. Sonst heiſst es 'verbrennen, opfern' wie 6, 28. In der Prosa selten. | *fibris* poetisierend für *extis* wie hist. 2, 3 nach dem Vorgange Vergils (Aen. 10, 176 *cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent*).

31. 1. *Icenorum,* im Osten bis zur Nordsee. | 3. *regnumque et,* s. Einl. § 65. | 4. *vertit,* intransitiv auch 13, 32 *vertit ad gloriam,* 37 *consilia in contrarium vertebant;* und oft; Caes. B. C. 3, 73, 6 *ut detrimentum in bonum verteret;* Liv. 2, 62, 2 *omnis ira belli ad populationem agri vertit.* Cicero *annus vertens* statt *circumactus.* | *servos,* Staatssklaven. Agr. 15 *alterius servos vim et contumelias miscere.* | 5. Über den Plural *vastarentur* s. zu 3, 62, 2 *quorum ille Antiocho, hic Mithridate pulsis fidem atque virtutem Magnetum decoravere.* | 7. *quasi — accepissent* sc. *centuriones et servi.* Zu dem Subjektswechsel vgl. z. B. Cic. Verr. 4 § 85 *discedens mandat (Verres) proagoro Sopatro, cuius verba audistis, ut demoliatur.*

exuuntur, et propinqui regis inter mancipia habebantur. qua contumelia et metu graviorum, quando in formam provinciae cesserant, rapiunt arma, commotis ad rebellationem Trinobantibus et qui alii nondum servitio fracti resumere libertatem occultis coniurationibus pepigerant, acerrimo in veteranos odio. quippe in coloniam Camulodunum recens deducti pellebant domibus, exturbabant agris, captivos, servos appellando, foventibus inpotentiam veteranorum militibus similitudine vitae et spe eiusdem licentiae. ad hoc templum divo Claudio constitutum quasi arx aeternae dominationis aspiciebatur, delectique sacerdotes specie religionis omnis fortunas effundebant. nec arduum videbatur excindere coloniam nullis munimentis saeptam; quod ducibus nostris parum provisum erat, dum amoenitati prius quam usui consulitur.

Inter quae nulla palam causa delapsum Camuloduni simu- 32
lacrum Victoriae ac retro conversum, quasi cederet hostibus. et feminae in furorem turbatae adesse exitium canebant, externosque fremitus in curia eorum auditos; consonuisse ululatibus theatrum visamque speciem in aestuario Tamesae subversae coloniae: iam Oceanus cruento aspectu, sic labente aestu hu-

---

Cum recusaret, vehementer minatur, § 94 *clamor a vigilibus fanique custodibus tollitur; qui . . . fustibus repelluntur* (sc. *a servis Verris*). *Postea demoliri signum ac vectibus labefactare conantur* (sc. *servi*), s. C. F. W. Müller zu de off. 3 § 59 *incensus Canius cupiditate contendit a Pythio, ut venderet; gravate ille primo; quid multa? impetrat.* An unserer Stelle wird der Wechsel aufserdem dadurch entschuldigt, dafs *centuriones et servi* das logische Subjekt zu *exuuntur* bildet, sowie vorher zu *vastarentur* und *violatae sunt,* also die ganze Gedankenreihe beherrscht. | 9. *quando in formam provinciae cesserant* (= *redacti erant*) heifst hier: sie waren *stipendiarii* geworden, diejenige Klasse der römischen Unterthanen, die es am schlimmsten hatte, s. 15, 45. | 10. Statt *rebellatio* (noch bei Valer. Maximus 7, 8, 9) setzt Tac. sonst das klassische *rebellio.* | Die Trinobanten wohnten nördlich von der Themsemündung. | 12. *pepigi* c. inf. s. zu 11, 9, 12. | 13. Über Camulodunum s. zu 12, 32. | Über *recens deducti* s. zu 11, 25, 12. | 15. *similitudine* ist Ablat. caus. statt *propter,* wie Z. 8—9 *qua contumelia et metu,* s. zu 3, 24, 15. | 17. *quasi arx . . . aspiciebatur* nicht etwa 'wurde angesehen als', sondern 'war zu sehen als', s. zu 4, 7, 9. | 18. *omnis fortunas* ist eine starke Hyperbel, denn die Priester werden nicht alles, sondern nur vieles verlangt haben. | *effundebant* 'vergeudeten' wie Cic. z. B. Tusc. 3, 20, 48 *C. Gracchus cum effudisset aerarium.* | 19. Über *excindere* s. zu 2, 25, 9. | 20. *dum* 'indem' mit kausaler Bedeutung; s. Einl. § 90.

32. 1. *nulla palam* (Adverbium für Adjectivum) *causa* 'ohne ersichtlichen Grund', s. zu 11, 22, 1. | 3. *externos* 'fremde' d. h. in fremden Zungen. | 4. *eorum.* Der Name der Einwohner ist aus dem voraufgehenden Städtenamen zu supplieren. | 5. *Tamesa,* bei Caesar *Tamesis* (Themse). | 6. Die rote Farbe der See war durch Algen oder Infusorien entstanden. | *sic labente aestu* 'während die Flut so (allmählich, wie es zu geschehen pflegt) gesunken; *sic* ist unser unbetontes 'so' = *αὔτως* wie Cic. p. Rosc. Am. 26, 71 *noluerunt non sic nudos in flumen deicere,* ad Att. 5, 21, 12 *ut rem sic relinquam* (= *integram*), Varro r. r. 3, 11, 4 *sic pascendo fiunt*

manorum corporum effigies relictae, ut Britannis ad spem, ita veteranis ad metum trahebantur. sed quia procul Suetonius aberat, petivere a Cato Deciano procuratore auxilium. ille haud amplius quam ducentos sine iustis armis misit; et inerat modica militum manus. tutela templi freti, et impedientibus, qui occulti rebellionis conscii consilia turbabant, neque fossam aut vallum praeduxerunt, neque motis senibus et feminis iuventus sola restitit: quasi media pace incauti multitudine barbarorum circumveniuntur. et cetera quidem impetu direpta aut incensa sunt: templum, in quo se miles conglobaverat, biduo obsessum expugnatumque. et victor Britannus Petilio Ceriali, legato legionis nonae, in subsidium adventanti obvius fudit legionem, et quod peditum, interfecit: Cerialis cum equitibus evasit in castra et munimentis defensus est. qua clade et odiis provinciae, quam avaritia in bellum egerat, trepidus procurator Catus in Galliam transiit.

33 At Suetonius mira constantia medios inter hostes Londinium perrexit, cognomento quidem coloniae non insigne, sed copia negotiatorum et commeatuum maxime celebre. ibi ambiguus, an illam sedem bello deligeret, circumspecta infrequentia militis, satisque magnis documentis temeritatem Petilii coercitam, unius oppidi damno servare universa statuit. neque fletu et lacrimis auxilium eius orantium flexus est, quin daret profectionis signum et comitantes in partem agminis acciperet:

---

pingues, Cels. 5, 28 p. 217, 31 *sine ulla vi sic mollescit,* Verg. Aen. 2, 644 *sic, o, sic positum adfati discedite corpus,* Hor. C. 2, 11, 14 *sic temere* (μάψ αὔτως), Anthol. 700, 6 *sic, sic sine fine feriati iaceamus,* s. zu C. F. W. Müller zu Cic. ad fam. adn. crit. LXXV (ad Quint. fr. 1, 1 § 16). | 7. *effigies* 'Gestalten' — so schien es. | 8. *trahere* statt *interpretari,* wie hist 5, 13 *in metum,* ann. 4, 64 *ad culpam,* 12, 52 *ad clementiam,* und öfter. | 10. *sine iustis armis* 'ohne ordentliche Waffen', 2, 5 *iustis locis,* d. h. ein Terrain, das so ist, wie es sein soll. | 11. *tutela.* Der Tempel scheint also sehr fest gewesen zu sein. | 12. *occulti rebellionis conscii,* Enallage für *occultae r. c.,* s. zu Kp. 16, 6. | 13. *neque motis* ctt. statt *neque moti erant sen. et fem., ut iuventus sola restaret.* | Das Simplex *movere* statt *removere* oder *demovere* ohne Ortsangabe auch Kp. 60 *movetur tamen primo civilis discidii specie* und schon bei Cicero de off. 3 § 76 *ut veros heredes moveat, in eorum locum ipse succedat.* | 17. *Cerialis* ist später einer der tüchtigsten Feldherren des Vespasian, während dessen Regierung er sich in Deutschland, gegen den Civilis, und als Statthalter von Britannien auszeichnet. | 19. *quod peditum,* wie *quod militum* 4, 24; Caes. B. G. 5, 2, 3; Liv. 45, 2, 11 u. a.

33. 1. London wird hier zuerst erwähnt. | 2. *cognomentum* 'Name'. | 3. *copia* ctt., wie Sall. Jug. 47, 2 *frequentiam negotiatorum et commeatu* e. s. | 4. *circumspecta* 'überblickt, überschlagen, erwogen', wie hist. 2, 6. 74. | 5. *coercitam* scil. *esse* hängt ab von einem aus *circumspecta* zu entnehmenden Verbum sentiendi. | 6. *fletu et lacrimis,* ein Hendiadys, Cic. (p. Planc. § 76) und Ov. (met. 2, 340). | 7. *quin,* Liv. 5, 42, 7 *nihil — flexerunt animos, quin — collem defenderent.* | 8. *et comitantes* 'und nur, die sich anschliefsen wollten'. Solche Adverbia werden immer nur dann ausgelassen, wenn sie durch den Gedanken, durch den Gegensatz (wie hier) oder sonst

si quos inbellis sexus aut fessa aetas vel loci dulcedo attinuerat, ab hoste oppressi sunt. eadem clades municipio Verulamio fuit, quia barbari omissis castellis praesidiisque militare *horreum*, quod uberrimum spolianti et defendentibus intutum, laeti praeda et laborum segnes petebant. ad septuaginta milia civium et sociorum iis quae memoravi locis cecidisse constitit. neque enim capere aut venundare aliudve quod belli commercium, sed caedes patibula, ignes cruces, tamquam reddituri supplicium ac praerepta interim ultione, festinabant.

Iam Suetonio quarta decuma legio cum vexillariis vicen- 34
simanis et proximi auxiliares, decem ferme milia armatorum erant, cum omittere cunctationem et congredi acie parat. deligitque locum artis faucibus et a tergo silva clausum, satis cognito nihil hostium nisi in fronte et apertam planitiem esse, sine metu insidiarum. igitur legionarius frequens ordinibus, levis circum armatura, conglobatus pro cornibus eques adstitit. at Britannorum copiae passim per catervas et turmas exsultabant, quanta non alias multitudo, et animo adeo feroci, ut coniuges quoque testes victoriae secum traherent plaustrisque inponerent, quae super extremum ambitum campi posuerant.

Boudicca curru filias prae se vehens, ut quamque natio- 35
nem accesserat, solitum quidem Britannis feminarum ductu

---

gegeben sind. Vgl. z. B. Cic. de or. 3, 61, 230 *(Hortensio) quamquam faveo, tamen illum aetati suae praestare cupio* (nur seinen Altersgenossen), *vobis vero illum tanto minorem praecurrere vix honestum est.* | 9. *aut — vel*, s. zu 14, 3, 2. | 10. Verulamium, Hauptstadt der Cattavellauni, nördlich von der mittleren Themse in der jetzigen Grafschaft Hertford nahe bei St. Albans. | 11. *quia* 'indem', 'denn', s. 3, 9, 7. | 13. *segnis* mit dem Genetiv auch 16, 14 *occasionum.* | 14. *sociorum,* nicht aus Britannien, sondern aus anderen Provinzen. | 15. Die Objekte *capere aut venundare* und *commercium* sind zufolge eines Zeugmas auch von *festinabant* abhängig, woraus ein Verbum 'betreiben, sich bekümmern' zu entnehmen ist. | 16. *tamquam* ctt. bedeutet, daſs sie wirklich die Überzeugung hegten, die Römer würden sich an ihnen rächen. | *reddere* statt *dare* (vgl. *poenas dare*) bezeichnet die Wiedervergeltung im passiven Sinne. Vor dieser Wiedervergeltung wollten sie ihren Rachedurst (für früher erlittenes Unrecht von seiten der Römer) stillen. *praerepta* aoristisch statt *praeripientes.*

34. 2. *proximi auxiliares* sind die Hilfstruppen aus den nächsten Standquartieren. Vgl. hist. 4, 18 *Lupercus legionarios e praesentibus* ('von denen, die am Platze waren'), *Ubios e proximis* ('von denen, die in der Nähe waren'), *Treverorum equites haud longe agentis raptim transmisit.* | 3. *congredi acie* wie Liv. 7, 22, 4 *nusquam acie congresso hoste,* eine seltene Verbindung. Caesar: B. G. 1, 36, 3 *quoniam armis congressi essent,* 7, 65, 2 *proelio congressi.* | 7. *circum* 'an beiden Seiten' wie 4, 74 *aram amicitiae effigiesque circum Caesaris ac Seiani censuere,* hist. 2, 89 *totidemque circa — vexilla.* | 8. *exsultabant* etwa statt *volitabant,* wie es 15, 9 heiſst: *(hostiles turmae) subiectis campis magna specie volitabant,* 'sie tummelten sich'. | 11. *quae — posuerant* d. h. die den äuſsersten Umkreis des Feldes bildeten, vgl. Kp. 37.

35. 1. *vehens* 'die — fahren lieſs'. | 2. *accedere* mit dem Accus.

bellare testabatur, sed nunc non ut tantis maioribus ortam regnum et opes, verum ut unam e vulgo libertatem amissam, confectum verberibus corpus, contrectatam filiarum pudicitiam ulcisci. eo provectas Romanorum cupidines, ut non corpora, ne senectam quidem aut virginitatem inpollutam relinquant. adesse tamen deos iustae vindictae: cecidisse legionem, quae proelium ausa sit; ceteros castris occultari aut fugam circumspicere. ne strepitum quidem et clamorem tot milium, nedum impetus et manus perlaturos. si copias armatorum, si causas belli secum expenderent: vincendum illa acie vel cadendum esse. id mulieri destinatum: viverent viri et servirent.

36 Ne Suetonius quidem in tanto discrimine silebat. quamquam confideret virtuti, tamen exhortationes et preces miscebat, ut spernerent sonores barbarorum et inanes minas: plus illic feminarum quam iuventutis aspici. inbelles inermes cessuros statim, ubi ferrum virtutemque vincentium totiens fusi adgnovissent. etiam in multis legionibus paucos, qui proelia profligarent; gloriaeque eorum accessurum, quod modica manus universi exercitus famam adipiscerentur. conferti tantum et pilis emissis post umbonibus et gladiis stragem caedemque continuarent, praedae inmemores: parta victoria cuncta ipsis cessura. is ardor verba ducis sequebatur, ita se ad intorquenda pila expedierat vetus miles et multa proeliorum experientia, ut certus eventus Suetonius daret pugnae signum.

---

s. zu 12, 31, 10. | 3. *nunc* in der or. obl. wie 11, 30 *nec nunc adulteria obiecturum ait,* bei Caesar bekanntlich, wie Knoke nachgewiesen, ganz gewöhnlich, hier zur Verschärfung des Gegensatzes notwendig. | 4. *regnum et opes* statt *iacturam regni et opum,* abhängig von *ulcisci,* ist prägnante Konstruktion wie z. B. 2, 40 *pericula* (= *societatem periculorum*) *polliceri.* Doch ist auch möglich, dafs Tac. das folgende *amissam* mit zu *regnum et opes* bezogen hat. | 9. *ceteros.* Wie Kp. 37 zeigt, war die zweite Legion durch die Schuld des Lagerpräfekten Poenius nicht ins Treffen gerückt. | 12. Vor *vincendum* ist die in der or. recta bekannte Ellipse 'so wisset' zu statuieren. In der or. ind. etwa 'so sei kein Zweifel'. | Über *vel* statt *aut* s. zu 13, 41, 12.

36. 3. *sonor,* sonst dichterisch (z. B. Verg. Aen. 9, 651), hat Tac. erst in den Annalen: 1, 65; 4, 48. | 4. *aspici* 'seien zu sehen', s. zu 4, 7, 9. | 5. *vincentium,* weil *victorum* zweideutig wäre, ist substantiviert wie *praecipientes* dial. 28, *praesidentes* ann. 3, 40. | 6. *etiam in multis legionibus* nicht 'auch in vielen Legionen', sondern 'auch wenn es sich handle um . . .', 'auch wo der L. viele seien', denn *in m. l.* bildet ein Satzglied für sich, s. zu 2, 41, 13 *in Druso, patre eius, favorem.* | *paucos* sc. *esse* ('seien es doch nur wenige'). | 7. *profligarent* etwa 'entschieden', vgl. Cic. ad fam. 12, 30, 2 *profligato bello ac paene sublato.* | 8. Die Verbindung ist: *conferti tantum (essent) et pilis emissis — continuarent.* Nach *pilis emissis* steht *post,* wie sonst wohl *tum,* z. B. Sall. Cat. 61, 1 *sed confecto proelio tum vero cerneres,* Liv. 2, 29, 1 *utraque re satis experta tum demum consules* ctt. und öfter. | 11. *ipsis* 'nur ihnen allein', denn *ipse* ist das Pronomen des Gegensatzes. | *cessura.* Vgl. zu 13, 39, 23 *reliqua praeda victoribus cessit.*

Ac primum legio gradu inmota et angustias loci pro munimento retinens, postquam in propius suggressos hostis certo iactu tela exhauserat, velut cuneo erupit. idem auxiliarium impetus; et eques protentis hastis perfringit, quod obvium et validum erat. ceteri terga praebuere, difficili effugio, quia circumiecta vehicula saepserant abitus. et miles ne mulierum quidem neci temperabat, confixaque telis etiam iumenta corporum cumulum auxerant. clara et antiquis victoriis par ea die laus parta: quippe sunt qui paulo minus quam octoginta milia Britannorum cecidisse tradant, militum quadringentis ferme interfectis nec multo amplius vulneratis. Boudicca vitam veneno finivit. et Poenius Postumus, praefectus castrorum secundae legionis, cognitis quartadecumanorum vicensimanorumque prosperis rebus, quia pari gloria legionem suam fraudaverat abnueratque contra ritum militiae iussa ducis, se ipse gladio transegit. 37

Contractus deinde omnis exercitus sub pellibus habitus est ad reliqua belli perpetranda. auxitque copias Caesar missis ex Germania duobus legionariorum milibus, octo auxiliarium cohortibus ac mille equitibus, quorum adventu nonani legionario milite suppleti sunt. cohortes alaeque novis hibernaculis locatae, quodque nationum ambiguum aut adversum fuerat, igni atque ferro vestatum. sed nihil aeque quam fames adfligebat serendis frugibus incuriosos, et omni aetate ad bellum versa, dum nostros commeatus sibi destinant .... gentesque prae- 38

---

37. 1. *primum* gehört bloſs zu den Participien *inmota* und *retinens,* nicht zu *erupit.* So öfter *nec,* s. zu 2, 40, 15. | *gradu inmota* wie hist. 2, 35 *stabili gradu* 'in fester Auslage', s. zu ann. 1, 64, 4. | 2. *hostis* ist natürlich Acc. Plur. | 5. *terga praebere* wie *terga praestare* Agr. 37. | 6. *abitus* 'Ausgang' (lokal) wie Verg. Aen. 9, 380 *omnemque abitum custode coronant.* | 8. *auxerant,* das Plusquamperf. statt des Perfekts, um das rasche Eintreten der Handlung zu betonen, 'im Nu hatten vermehrt', was natürlich die Flucht hinderte. Ebenso 1, 63 *auxerant consternationem,* hist. 2, 5 *aboleverat* und öfter. Liv. 32, 12, 3 *postquam recepere se regii, verterat periculum in Romanos,* Verg. Aen. 2, 254 f. *et iam Argiva phalanx ... ibat ...: flammas cum regia puppis extulerat,* s. Heraeus zu hist. 2,5,12.

38. 5. *novis hibernaculis.* Vgl. Einl. § 35. | 6. *quodque nationum,* s. Kp. 32. | *igni atque ferro* nur der Abwechselung wegen, in umgekehrter Stellung schon bei Livius 23, 41, 14 und 31, 7, 13 *ferro atque igni*; desgleichen bei Val. Max. 7, 3 ext. 8. Noch andere Variationen dieses Ausdruckes finden sich bei nachklassischen Historikern, wie *ferro et igni, igni ferroque* (dies auch bei Cicero), *per ignes ferrumque, ferro flammaque, ferro flammisque* (ann. 1, 51) und *flamma ac ferro* bei Cic. prov. cons. 10, 24. | 7. *nihil aeque quam fames adfligebat* cf. hist. 4, 35 *nihil aeque exercitus nostros quam egestas copiarum fatigabat,* 5, 3 *sed nihil aeque quam inopia aquae fatigabat.* | 8. *incuriosus* mit dem Dativ hier und hist. 2, 14, sonst sechsmal mit dem Genetiv. | *et* überflüssig, s. 1, 55, 3. | 9. Zwischen dem Gedanken: 'sie waren durch den Hunger mürbe gemacht' und 'die über die Maſsen wilden Völkerschaften lieſsen sich weniger geneigt zum Frieden finden', fehlt die Vermittelung. Nipperdey-Andresen füllen die

feroces tardius ad pacem inclinabant, quia Iulius Classicianus, successor Cato missus et Suetonio discors bonum publicum privatis simultatibus impediebat disperseratque novum legatum opperiendum esse, sine hostili ira et superbia victoris clementer deditis consulturum. simul in urbem mandabat, nullum proeliorum finem exspectarent, nisi succederetur Suetonio, cuius adversa pravitati ipsius, prospera ad fortunam referebat.

39 Igitur ad spectandum Britanniae statum missus est e libertis Polyclitus, magna Neronis spe posse auctoritate eius non modo inter legatum procuratoremque concordiam gigni, sed et rebelles barbarum animos pace conponi. nec defuit Polyclitus, quo minus ingenti agmine Italiae Galliaeque gravis, postquam Oceanum transmiserat, militibus quoque nostris terribilis incederet. sed hostibus inrisui fuit, apud quos flagrante etiam tum libertate nondum cognita libertinorum potentia erat; mirabanturque, quod dux et exercitus tanti belli confector servitiis oboedirent. cuncta tamen ad imperatorem in mollius relata; detentusque rebus gerundis Suetonius, quod postea paucas naves in litore remigiumque in iis amiserat, tamquam durante bello, tradere exercitum Petronio Turpiliano, qui iam consulatu abierat, iubetur. is non inritato hoste neque lacessitus honestum pacis nomen segni otio imposuit.

40 Eodem anno Romae insignia scelera, alterum senatoris,

Lücke so aus: *obfirmabat tamen animos adverus haec odium erga Romanos.* | 11. *discors* mit dem Dativ wie 3, 42; 11, 6; vgl. Ov. trist. 5, 5, 35 *ipsa sibi d.*, met. 8, 133 *d. utero,* Luc. 6, 687 *murmura humanae multum discordia linguae,* Vell. 2, 37, 3 *patri.* | *bonum* ist ebenso substantiviert wie 3, 70 *egregium publicum.* S. Einl. § 5, b. Schon bei Sallust Catil. 38, 3 *bonum publicum simulantes* und in ähnlichem Zusammenhange wie oben: Jug. 25, 3 *ita bonum publicum — privata gratia devictum.* | 12. *disperseratque,* wie 4, 24 *disperso rumore.* | 16. Mit dem Dativ *pravitati,* der zeugmatisch mit *referebat* zu verbinden, ist die Präposition *ad* koordiniert wie 4, 46 *promptum libertati aut ad mortem animum,* und öfter.

39. 4. Die verkürzte Form *barbarum* steht auch 15, 25 so wie bei Phaedr. 4, 7, 11. | 5. *quo minus* statt *quin,* wie 13, 14 *neque principis auribus abstinere, quo minus testaretur.* Vgl. Einl. § 99. | 6. *terribilis.* Er verbreitet Schrecken, weil er ein mächtiger Günstling ist. | 7. *inrisui* auch hist. 1, 7. *derisui* Agr. 39, *deridiculo* ann. 3, 57. S. Einl. § 31, a. | 9. *confector.* Der Singular, wie 1, 70 *Caesarem exercitumque reducem,* vgl. Cic. Lael. 27, 101 *equidem etiam admodum adulescentis P. Rutili, A. Vergini familiaritate delector,* wie es denn durchaus klassisch sein würde zu sagen *dux et exercitus tanti belli confector erat* (Seyff.-Müller, Lael. p. 78). | *oboedirent* trotz *confector* wie hist. 4, 64 *ut amicitia societasque nostra in aeternum rata sint.* | 10. *in mollius relata* 'wurde im milderen Lichte dargestellt'. Ähnlich 13, 14 *in deterius referre.* Über *in consecutivum* s. Einl. § 49. | 11. *detentusque* vgl. Agr. 9 *minus triennium in ea legatione detentus.* | *rebus gerundis* ist Dativ: 'man beliefs ihn im Amte zur Fortführung der Geschäfte'. | 13. Über *Petronius* s. Kp. 29.

40. 1. *senatoris* d. h. hier 'aus dem Senatorenstande', denn nach dem Folgenden war Fabianus erst im Begriff, sich um höhere Ämter zu bewerben, konnte also noch nicht Mitglied des Senats sein.

servili alterum audacia, admissa sunt. Domitius Balbus erat praetorius, simul longa senecta, simul orbitate et pecunia insidiis obnoxius. ei propinquus Valerius Fabianus, capessendis honoribus destinatus, subdidit testamentum ascitis Vinicio Rufino et Terentio Lentino equitibus Romanis. illi Antonium Primum et Asinium Marcellum sociaverant. Antonius audacia promptus, Marcellus Asinio Pollione proavo clarus neque morum spernendus habebatur, nisi quod paupertatem praecipuum malorum credebat. igitur Fabianus tabulas ascitis quos memoravi et aliis minus inlustribus obsignat. quod apud patres convictum, et Fabianus Antoniusque cum Rufino et Terentio lege Cornelia damnantur. Marcellum memoria maiorum et preces Caesaris poenae magis quam infamiae exemere.

Perculit is dies Pompeium quoque Aelianum, iuvenem quae- 41
storium, tamquam flagitiorum Fabiani gnarum, eique Italia et Hispania, in qua ortus erat, interdictum est. pari ignominia Valerius Ponticus adficitur, quod reos, ne apud praefectum urbis arguerentur, ad praetorem detulisset, interim specie le-

---

3. *simul — simul*, 1, 49, Agr. 25. 36. 41, hist. 1, 50 (ἅμα μέν, ἅμα δέ). | 6. Antonius Primus ward später von Galba zum Legaten der 7. Legion gemacht, mit welcher er, unter Otho und Vitellius unthätig, in Pannonien zu Vespasian überging. In den Historien 2, 86 wird er so charakterisiert: *strenuus manu, sermone promptus, serendae in alios invidiae artifex, discordiis et seditionibus potens, raptor, largitor, pace pessimus, bello non spernendus.* | 7. Asinius Marcellus war im J. 54 Konsul gewesen. S. 12, 64. Asinius Pollio ist der berühmte Redner und Schriftsteller, den schon Cicero als seinen Zeitgenossen erwähnt. | 8. *clarus* scil. *erat.* | 9. *neque morum spernendus habebatur.* Seit Liv. (10, 30, 10 *praemia . . . haudquaquam spernenda,* 30, 45, 5 *haudquaquam spernendus auctor*) erscheint *spernendus* — in der Form der Litotes — als Adj. und als solches konstruiert es Tac. hier mit dem Gen. relationis, s. Einl. § 44, 6. | *nisi quod,* s. zu Kap. 14, 19. | 11. *aliis.* Es waren sieben Zeugen erforderlich. | 13. Die *lex Cornelia de falsis,* vom Diktator Sulla erlassen, bedrohte Fälschung mit Deportation und Verlust des Vermögens.

41. 1. *perculit is dies Pompeium* 'versetzte einen harten Schlag' wie Liv. 42, 67, 1 *hic dies . . . Persea perculit.* | 2. *tamquam* 'angeblich weil'. S. Einl. § 95. | *eique Italia interdictum est* wie 2, 50 'er wurde . . . verwiesen' d. h. mit der einfachen Relegation bestraft, sonst in diesem Sinne noch *Italia prohibere* (15, 71), *Italia arcere* (16, 35), *Italia depellere* (14, 50; 16, 33). | 4. *praefectum urbis.* Die Stadtpräfektur war unpopulär, von polizeilicher Art, durch Augustus im J. 25 eingesetzt, um die Ordnung in Rom und in einem Umkreise von zwanzig Meilen aufrecht zu erhalten. Zur Verfügung des Präfekten standen die *cohortes urbanae.* Allmählich aber erweiterte sich seine Macht, und er gelangte später in den Besitz der gesamten Kriminaljurisdiktion innerhalb jenes Distriktes. Die Prävarikation bestand in dem vorliegenden Falle darin, dafs der Anwalt des Klägers, von der Gegenpartei bestochen, scheinbar bona fide (*specie legum*) das wahrscheinlich strengere Verfahren vor dem Präfekten vermied und die Klage bei dem ordentlichen Gerichte, vor dem Prätor, anhängig machte. Der Senat jedoch unterstützt die Kompetenz des Präfekten. | 5. *interim* 'einstweilen, vorläufig', wie 1, 4 *qui remp. interim premant,* Plin. ep. 2, 5, 9 *si modo tu curam tuam admoveris interim istis, mox iis, quae secuntur.*

gum, mox praevaricando ultionem elusurus. additur senatus consulto, qui talem operam emptitasset vendidissetve, perinde poena teneretur ac publico iudicio calumniae condemnatus.

42 Haud multo post praefectum urbis Pedanium Secundum servus ipsius interfecit, seu negata libertate, cui pretium pepigerat, sive amore exoleti incensus et dominum aemulum non tolerans. ceterum cum vetere ex more familiam omnem, quae sub eodem tecto mansitaverat, ad supplicium agi oporteret, concursu plebis, quae tot innoxios protegebat, usque ad seditionem ventum est senatusque *obsessus*, in quo ipso erant studia nimiam severitatem aspernantium, pluribus nihil mutandum censentibus. ex quis C. Cassius sententiae loco in hunc modum disseruit:

43 'Saepe numero, patres conscripti, in hoc ordine interfui, cum contra instituta et leges maiorum nova senatus decreta postularentur; neque sum adversatus, non quia dubitarem super omnibus negotiis melius atque rectius olim provisum et, quae converterentur, *in* deterius mutari, sed ne nimio amore antiqui moris studium meum extollere viderer. simul quidquid hoc in nobis auctoritatis est, crebris contradictionibus destruendum non existimabam, ut maneret integrum, si quando res publica consiliis eguisset. quod hodie evenit consulari viro domi suae interfecto per insidias serviles, quas nemo prohibuit aut prodidit quamvis nondum concusso senatus consulto, quod supplicium toti familiae minitabatur. decernite hercule inpuni-

---

6. *senatus consulto* Es ist das Senatusconsultum Turpilianum, so benannt nach dem präsidierenden Konsul, wonach im Falle einer nachgewiesenen Prävarikation der Freigesprochene von neuem belangt werden durfte. | 8. Die *calumnia* d. h. die wissentlich falsche Anklage war in Kriminalfällen mit Verbannung oder Standesverlust, in Civilsachen mit einer Geldstrafe von $^1/_4$ oder $^1/_{10}$ des Streitobjektes bedroht.

42. 1. Pedanius war im J. 43 Konsul gewesen. | 2. *pretium*. Die Herren erlaubten oft den Sklaven, sich eine mäſsige Summe (*peculium*) zu ersparen, welche sie dann zu ihrer Freikaufung benutzten. | 4. *vetere ex more*. Wie dieses alte Herkommen im J. 57 noch verschärft ward, ist 13, 32 berichtet. | 8. *pluribus* bezeichnet die Majorität, s. zu Kp. 27, 6. *dilapsis pluribus* (die Mehrzahl) *in provincias*. | 9. *C. Cassius*, s. zu 12, 11. | *sententiae loco* 'als bei der Abstimmung die Reihe an ihn kam', so 2, 33 *erat quippe adhuc frequens senatoribus, si quid e republica crederent, loco sententiae promere.*

43. 6. Mit *studium* scheint die Kunde der alten Rechtszustände gemeint zu sein. Ähnlich ist Sall. J. 4, 2 *ne quis existumet memet studium meum laudando extollere.* | 6. *quidquid hoc* (= *quidquid hoc est quod*) *in nobis auctoritatis est*, s. zu 1, 42, 5. | 7. *nobis* als Plural promiscue mit dem Singular der ersten Person, wie Agr. 43 *nobis nihil comperti, ut affirmare ausim,* Cic. de off. 1, 22, 76 *mihi quidem neque pueris nobis . . . neque cum versaremur,* und aller Orten. | 9. *consulari viro.* 6, 11 heiſst es von Augustus, daſs er bei der Einsetzung der Stadtpräfektur *sumpsit e consularibus, qui coerceret servitia et quod civium audacia turbidum, nisi vim metuat.*

tatem, ut quem dignitas sua defendat, cum praefectura urbis non profuit? quem numerus servorum tuebitur, cum Pedanium Secundum quadringenti non protexerint? cui familia opem ferat, quae ne in metu quidem pericula nostra advertit? an, ut quidam fingere non erubescunt, iniurias suas ultus est interfector, quia de paterna pecunia transegerat aut avitum mancipium detrahebatur? pronuntiemus ultro dominum iure caesum videri.

44 Libet argumenta conquirere in eo, quod sapientioribus deliberatum est? sed et si nunc primum statuendum haberemus, creditisne servum interficiendi domini animum sumpsisse, ut non vox minax excideret, nihil per temeritatem proloqueretur? sane consilium occultavit, telum inter ignaros paravit: num excubias transire, cubiculi fores recludere, lumen inferre, caedem patrare *poterat* omnibus nesciis? multa sceleris indicia praeveniunt: servi si prodant, possumus singuli inter plures, tuti inter anxios, postremo, si pereundum sit, non inulti inter no-

---

13. *ut quem — defendat?* Frage innerhalb des Finalsatzes, vgl. Ter. Eun. 572 fg. *quid ex ea re tandem ut caperes commodi?* Cic. de nat. deor. 3 § 74 *sessum it praetor, quid ut iudicetur?* pro Font. 14, 32 *vos tamen cum Gallis iugulare malitis? quid ut secuti esse videamini?* pro Tullio 24, 55 *quam ob causam? quid ut proficerent?* ad Att. 7, 7, 7 *depugna, inquis, potius quam servias. ut quid?* Liv. 4, 49, 15 *quid ut a vobis sperent?* 40, 13, 4 *ut quibus aliis deinde sacris . . . mentem expiarem?* 44, 39, 5 *ut quo victores nos reciperemus?* u. a. S. Draeger: Hist. Synt.[2] II p. 699. | *cum — non profuit,* vgl. Ter. Andr. 517 *quom intellexeras, cur non dixti extemplo?* Cic. pro Cluent. 47, 131 *id ipsum quantae divinationis est scire innocentem fuisse reum, cum iudices sibi dixerunt non liquere?* (Mehr Beispiele aus Cic. bei Müller P. II vol. I adn. crit. LVII), Quint. 10, 7, 19 *ceterum pervenire eo debet, ut cogitatio . . . sit tutior, cum hanc facilitatem non in prosa modo multi sunt consecuti, sed etiam in carmine* und sonst (von den Herausgebern verkannt), Verg. ecl. 3, 16 *quid domini facient, audent cum talia fures,* u. a. | In dem folgenden gleichartigen Satz *cum — protexerint* steht der Konj., während in dem entsprechenden Relativsatz Z. 16 *quae — advertit* wieder der Ind. vorgezogen ist. Tac. liebt eben die Abwechselung, wie er denn aus demselben Grunde die Frage Z. 14 *quem — tuebitur* aus dem vorangehenden Finalsatz *ut quem — defendat?* losgelöst und in der entsprechenden Frage *cui — ferat* den Potentialis statt des erwarteten Futurums gesetzt hat. | 16. *ne in metu quidem* 'nicht einmal, wenn es Angst hat' s. zu Kp. 36, 6. Gemeint ist die Angst der Sklaven vor der Hinrichtung. | *advertit* 'ahndet'. | 18. *paterna pecunia* und im folgenden *avitum* ist ironisch, denn der Sklave hat bei den Römern kein eigenes Vermögen und kann nur für den Herrn erwerben. | 19. *ultro* 'obenein, noch dazu'; so nicht selten bei Tac. und aller Orten, z. B. Verg. Aen. 2, 145 *his lacrimis vitam damus et miserescimus ultro.*

44. 2. *statuendum haberemus.* So sagt Tacitus *dicendum, respondendum, excusandum, tolerandum habere.* Ebenso Sen. ira 2, 6, 2 und beide Plinius. Cicero: *habeo dicere, scribere.* | 3. *animum sumere* 'sich entschliefsen' auch hist. 1, 27 nach Ovid fast. 1, 147. | 5. *sane* 'zugegeben'. | *excubias,* natürlich auch aus Sklaven bestehend. | 9. *si pereundum sit,* scil. *nocentibus* d. h. sowohl die den Mordplan nicht ver-

centes agere. suspecta maioribus nostris fuerunt ingenia servorum, etiam cum in agris aut domibus isdem nascerentur caritatemque dominorum statim acciperent. postquam vero nationes in familiis habemus, quibus diversi ritus, externa sacra aut nulla sunt, conluviem istam non nisi metu coercueris. at quidam insontes peribunt. nam et ex fuso exercitu cum decumus quisque fusti feritur, etiam strenui sortiuntur. habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur.'

45 Sententiae Cassii ut nemo unus contra ire ausus est, ita dissonae voces respondebant numerum aut aetatem aut sexum ac plurimorum indubiam innocentiam miserantium: praevaluit tamen pars, quae supplicium decernebat. sed obtemperari non poterat, conglobata multitudine et saxa ac faces minante. tum Caesar populum edicto increpuit atque omne iter, quo damnati ad poenam ducebantur, militaribus praesidiis saepsit. censuerat Cingonius Varro, ut liberti quoque, qui sub eodem tecto fuissent, Italia deportarentur. id a principe prohibitum est, ne mos antiquus, quem misericordia non minuerat, per saevitiam intenderetur.

46 Damnatus isdem consulibus Tarquitius Priscus repetundarum Bithynis interrogantibus, magno patrum gaudio, quia accusatum ab eo Statilium Taurum, pro consule ipsius, meminerant. census per Gallias a Q. Volusio et Sextio Africano

---

raten, als auch die, welche ihn fassen (Joh. Müller). | 12. Mit *nationes* wird nicht bloſs die Menge, sondern auch die verschiedene Abstammung bezeichnet. Vgl. 3, 53 *familiarum numerum et nationes.* | *postquam vero* (statt des fast formelhaften *postea vero quam*) schon bei Cic. de inv. 1, 2, 3, bei Liv. 3, 35, 1; 36, 29, 1. | 15. *nam et* 'allerdings, denn auch', zu 14, 11, 9. *et* stellt *servi* und *exercitus* zusammen, *etiam* die *ignavi* und *strenui.* | *decumus quisque* ctt. Ein Beispiel von dieser Art der Hinrichtung wird 3, 21 erzählt. Sie kommt zuerst im J. 471 v. Chr. vor. | 16. *habet — rependitur* 'jedes nachdrückliche Strafexempel hat etwas Unbilliges, das aber, freilich auf Kosten der Einzelnen, durch den allgemeinen Nutzen wieder gutgemacht wird'. Nägelsbach-Müller: Lat. Stilistik^{8} p. 494.

45. 1. *nemo unus* 'kein einzelner, keine bestimmte Persönlichkeit', wie hist. 1, 82 *quia neminem unum destinare irae poterant.* | 8. Cingonius, im J. 68 designierter Konsul, wird wegen Teilnahme an dem miſslungenen Empörungsversuche des Nymphidius Sabinus auf Befehl des Galba hingerichtet. Vgl. hist. 1, 6, 37 | 9. *Italia.* Über den bloſsen Ablativ s. Einl. § 34.

46. 1. Tarquitius war im J. 53 aus dem Senat gestoſsen, weil er den von der Agrippina verfolgten Statilius durch eine Anklage zum Selbstmorde getrieben hatte. S. 12, 59. Er muſs inzwischen begnadigt und Prokonsul von Bithynien und Pontus geworden sein. | 2. *interrogare* 'anklagen', s. zu 13, 14, 6. | *quia* 'indem, denn', s. zu 3, 8, 7. | 4. *census agere* heiſst das Vermögen abschätzen, um danach die direkten Abgaben zu bestimmen. | Q. Volusius war im J. 56 Konsul gewesen. | Über Sextius Africanus s. zu 13, 19.

Trebellioque Maximo acti sunt, aemulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano: Trebellium dum uterque dedignatur, supra tulere.

Eo anno mortem obiit Memmius Regulus, auctoritate con- 47
stantia fama, in quantum praeumbrante imperatoris fastigio datur, clarus, adeo ut Nero aeger valetudine, et adulantibus circum, qui finem imperio adesse dicebant, si quid fato pateretur, responderit habere subsidium rem publicam. rogantibus dehinc, in quo potissimum, addiderat in Memmio Regulo. vixit tamen post haec Regulus, quiete defensus et quia nova generis claritudine neque invidiosis opibus erat. gymnasium eo anno dedicatum a Nerone praebitumque oleum equiti ac senatui Graeca facilitate.

P. Mario L. Afinio consulibus Antistius praetor, quem in 48
tribunatu plebis licenter egisse memoravi, probrosa adversus principem carmina factitavit vulgavitque celebri convivio, dum apud Ostorium Scapulam epulatur. exin a Cossutiano Capitone, qui nuper senatorium ordinem precibus Tigellini soceri sui receperat, maiestatis delatus est. tum primum revocata ea lex, credebaturque haud perinde exitium Antistio quam impe-

---

5. Trebellius war ums J. 56 mit Seneca Konsul und kam im J. 64 als kaiserlicher Legat nach Britannien, wo er sich feig benahm. | 6. Über das *dum* causale mit dem Ind. Präs. (diejenige Handlung oder Bemühung bezeichnend, die wider den Willen der handelnden Person die Veranlassung ist zu dem im Hauptsatz enthaltenen Vorgang oder Unfall) vgl. 6, 32. | 7. *supra tulere* statt *supra se extulere* d. h. ihre gegenseitige Rivalität bewirkte, daſs Trebellius, dem sie nichts in den Weg legten, an Ansehen gewann.

47. 1. Memmius Regulus, im J. 31 Konsul, ward im J. 36 Statthalter von Mösien, Macedonien und Achaja. Sein Sohn ist Konsul im folgenden Jahre 63. | 2. Über *in quantum* s. zu 13, 54, 5. | *praeumbrare,* wofür hist. 2, 32 *obumbrare* steht. | 3. Über die unklassische Parataxe mit *et* vor dem Participialsatze s. 3, 11, 5. | 4. *si quid fato pateretur* (Euphemismus), *ἄν τι πάθῃ*, Cic. Phil. 1, 4, 10 *si quid mihi humanitus accidisset.* | 7. *quiete* 'durch sein ruhiges Verhalten in politischer Beziehung, seine Zurückgezogenheit (*otium*), Neutralität', so Kp. 56, Nep. Att. 7, 3, Suet. Tib. 15. | 9. *oleum.* Das Öl diente zum Einreiben des nackten Körpers vor dem Ringen. | 10. *facilitate* 'Zuvorkommenheit'.

48. 1. Antistius Sosianus hatte im J. 56 als Volkstribun sich durch willkürliches Einschreiten gegen eine Amtshandlung des Prätors Vibullius bemerklich gemacht. Vgl. 13, 28. | 3. *celebri convivio* 'in einer stark besuchten Abendgesellschaft'. | 4. *Ostorius.* Sein gleichnamiger Vater war im J. 50 als Befehlshaber in Britannien gestorben. | Über Cossutianus s. 11, 6 am Ende. | 5. Tigellinus, hier zuerst erwähnt, wird noch im J. 62 zum Präfekten der Prätorianer ernannt und ist bei weitem der schlimmste Günstling Neros, den er zuletzt im Stich läſst. Unter Otho verlangt das Volk seine Hinrichtung, worauf er sich den Hals abschneidet. Vgl. hist. 1, 72. | 6. *maiestatis,* wie 4, 22 *adulterii delatam,* 6, 47 *defertur inpietatis,* Cic. tog. cand. fr. 6 *furti.* | *revocata.* Unter Claudius und in den ersten acht Regierungsjahren des Nero hatten die Majestätsprozesse geruht. | 7. Abweichend von der mustergiltigen Prosa verbindet Tac. sonst

ratori gloriam quaeri, ut condemnatum a senatu intercessione tribunicia morti eximeret. et cum Ostorius nihil audivisse pro testimonio dixisset, adversis testibus creditum censuitque Iunius Marullus consul designatus adimendam reo praeturam necandumque more maiorum. ceteris inde adsentientibus, Paetus Thrasea, multo cum honore Caesaris et acerrime increpito Antistio, non quidquid nocens reus pati mereretur, id egregio sub principe et nulla necessitate obstricto senatui statuendum disseruit; carnificem et laqueum pridem abolita, et esse poenas legibus constitutas, quibus sine iudicum saevitia et temporum infamia supplicia decernerentur. quin in insula publicatis bonis quo longius sontem vitam traxisset, eo privatim miseriorem et publicae clementiae maximum exemplum futurum.

49 Libertas Thraseae servitium aliorum rupit, et postquam discessionem consul permiserat, pedibus in sententiam eius iere, paucis exceptis, in quibus adulatione promptissimus fuit A. Vitellius, optimum quemque iurgio lacessens et respondenti reticens, ut pavida ingenia solent. at consules perficere decretum senatus non ausi, de consensu scripsere Caesari. ille inter pudorem et iram cunctatus, postremo rescripsit: nulla iniuria

---

die Passivformen von *credere* mit Vorliebe in persönlicher Konstruktion mit dem Nom. c. Inf. sowohl bei sachlichem als namentlich bei persönlichem Subjekt, 5, 4; 6, 34. 50; 13, 30; 14, 65; hist. 1, 50. 78; 4, 67. Seltener findet sich die regelmäſsige Konstruktion des Acc. c. Inf. ann. 1, 28; 2, 69; 4, 55; hist. 1, 90 (Heraeus zu hist. 1, 50, 4). | 8. *ut* epexegetisch zu *(gloriam) quaeri* 'daſs er nämlich'. | *intercessione trib.* Alle Kaiser seit Augustus hatten die *tribunicia potestas,* s. 3, 56 *id summi fastigii vocabulum Augustus repperit, ne regis aut dictatoris nomen adsumeret ac tamen appellatione aliqua cetera imperia praemineret.* | 9. *condemnatum morti eximeret*, vgl. 1, 48 *se ipsos morti eximant,* Amm. 15, 4, 12 *fuga exemerat morti.* | 12. *more maiorum,* Stäupung und Enthauptung | 13. Über Thrasea s. zu 13, 49. | 15. *et nulla* bildet ebenso eine unklassische Parataxe wie Kp. 47 *et adulantibus.* | 16. *carnificem et laqueum — abolita,* s. zu 11, 16, 12. | 17. *quibus — decernerentur* 'nach denen Strafen zu verhängen nicht eine Grausamkeit der Richter noch eine Entwürdigung des Zeitalters sei'. *Sine — infamia* vertritt ein Adverbium des Urteils und bildet die Spitze des Gedankens, wie 13, 27 *non sine infamia* und z. B. bei Caes. B. G. 1, 19, 5 *petit atque hortatur, ut sine eius offensione animi vel ipse de eo causa cognita statuat vel civitatem statuere iubeat* ('daſs er es nicht übel nehme, wenn'). *Cum* ist so gebraucht z. B. Kp. 50 *donec cum periculo parantur,* 12, 67 *haud ignarus summa scelera incipi cum periculo, peragi cum praemio,* öfter noch der bloſse Abl., s. zu 1, 18, 9. | 20. *et publicae clementiae — futurum* 'und was den Staat beträfe (im Gegensatz zu *privatim* 'persönlich'), werde er das leuchtendste Beispiel von Milde sein'.

49. 3. A. Vitellius, Konsul im J. 48, ist der spätere Kaiser. | 4. *reticere* mit dem Dativ nach dem Vorgange von Ovid met. 3, 357 *nec reticere loquenti* und Liv. z. B. 3, 41, 3 *negantem se privato reticere.* | 5. *perficere,* durch schriftliche Aufzeichnung nach Entlassung des Senates, unter Leitung des Vorsitzenden und eines Redaktionsausschusses (*qui scribendo aderant*).

provocatum Antistium gravissimas in principem contumelias dixisse; earum ultionem a patribus postulatam, et pro magnitudine delicti poenam statui par fuisse. ceterum se, qui severitatem decernentium impediturus fuerit, moderationem non prohibere: statuerent ut vellent, datam et absolvendi licentiam. his atque talibus recitatis et offensione manifesta, non ideo aut consules mutavere relationem aut Thrasea decessit sententia ceterive, quae probaverant, deseruere, pars, ne principem obiecisse invidiae viderentur, plures numero tuti, Thrasea sueta firmitudine animi et ne gloria intercideret.

Haud dispari crimine Fabricius Veiento conflictatus est, 50
quod multa et probrosa in patres et sacerdotes composuisset iis libris, quibus nomen codicillorum dederat. adiciebat Tullius Geminus accusator venditata ab eo munera principis et adipiscendorum honorum ius. quae causa Neroni fuit suscipiendi iudicii, convictumque Veientonem Italia depulit et libros exuri iussit, conquisitos lectitatosque, donec cum periculo parabantur: mox licentia habendi oblivionem attulit.

Sed gravescentibus in dies publicis malis subsidia minue- 51
bantur, concessitque vita Burrus, incertum valetudine an veneno. valetudo ex eo coniectabatur, quod in se tumescentibus paulatim faucibus et impedito meatu spiritum finiebat. plures iussu Neronis, quasi remedium adhiberetur, inlitum palatum

---

13. *non ideo* 'drum nicht', s. zu 2, 57, 1. | 16. *plures numero tuti*, vgl. zu dem Gedanken, der öfter bei Tac. wiederkehrt (hist. 4, 41; dial. 5) besonders hist. 2, 52 *nemo privatim expedito consilio, inter multos societate culpae tutior.* | *sueta firmitudine* ctt. Das hier ausgesprochene Lob stimmt nicht ganz überein mit Kp. 12: *sibi causam periculi fecit, ceteris libertatis initium non praebuit.*

50. 1. *A. Fabricius Vejento* war (nach Juvenal) unter Domitian ein gemeiner Schmeichler und Delator. Der jüngere Plinius erwähnt ihn noch als einen Günstling des Nerva. | 3. *codicillorum.* Er hatte also unter dem Titel eines 'Testamentes' eine Satire gegen vornehme Zeitgenossen geschrieben. — Der Genetiv in solcher Verbindung mit *nomen* noch 4, 59; 15, 37, hist. 4, 18, sonst gewöhnlich der Nominativ, s. 1, 45, 3. | *Tullius Geminus* kommt auf einer Inschrift als Konsul unter Nero vor. | 4. *venditata munera* ctt. bedeutet, daſs Vejento von denen, die kaiserliche Stellen und Gnadenbezeugungen nachgesucht, sich bestechen lieſs, um ihnen durch seinen Einfluſs dazu zu verhelfen. Also *venditare* 'Handel treiben mit' wie hist. 1, 66 *ipsa itinerum spatia et stativorum mutationes venditante duce foedis pactionibus adversus possessores agrorum et magistratus civitatem.* Auch bei Cic. Verr. 2 § 135 (*decreta*). | 6. *iudicii.* Der Kaiser war befugt, als Richter zu fungieren. Bei seinem Regierungsantritt hatte Nero verheiſsen, dies selten zu thun. 13, 4. | *Italia depulit,* s. zu Kp. 41, 2. | 7. *donec cum periculo parabantur* 'solange es gefährlich war u. s. w.'; *cum periculo* ist logisches Prädikat, s. Kp. 48, 16.

51. 3. *in se* 'nach innen', sodaſs die Luftröhre enger wird. Sen. ep. 95, 16 *tabesque in se putrescentium.* | 4. *meatus* bezeichnet die Respiration, wie bei Quintil. 7, 10, 10 *spiritus,* Plin. ep. 6, 16, 13 *animae.* | 5. *inlitum palatum.* Auf ähnliche Weise war Claudius vergiftet: 12, 67 *pinnam rapido veneno inlitam faucibus eius demisisse creditur.*

eius noxio medicamine adseverabant, et Burrum intellecto scelere, cum ad visendum eum princeps venisset, aspectum eius aversatum sciscitanti hactenus respondisse: 'ego me bene habeo.' civitati grande desiderium eius mansit per memoriam virtutis et successorum alterius segnem innocentiam, alterius flagrantissima flagitia. quippe Caesar duos praetoriis cohortibus imposuerat, Faenium Rufum ex vulgi favore, quia rem frumentariam sine quaestu tractabat, Sofonium Tigellinum, veterem inpudicitiam atque infamiam in eo secutus. atque illi pro cognitis moribus fuere, validior Tigellinus in animo principis et intimis libidinibus adsumptus, prospera populi et militum fama Rufus, quod apud Neronem adversum experiebatur.

52 Mors Burri infregit Senecae potentiam, quia nec bonis artibus idem virium erat altero velut duce amoto, et Nero ad deteriores inclinabat. hi variis criminationibus Senecam adoriuntur, tamquam ingentes et privatum modum evectas opes adhuc augeret, quodque studia civium in se verteret, hortorum quoque amoenitate et villarum magnificentia quasi principem supergrederetur. obiciebant etiam eloquentiae laudem uni sibi adsciscere et carmina crebrius factitare, postquam Neroni amor eorum venisset. nam oblectamentis principis palam iniquum detrectare vim eius equos regentis, inludere voces, quotiens caneret. quem ad finem nihil in re publica clarum fore, quod non ab illo reperiri credatur? certe finitam Neronis pueritiam et robur iuventae adesse: exueret magistrum, satis amplis doctoribus instructus maioribus suis.

---

8. *hactenus* 'nur soviel', s. zu 12, 42, 18 *hactenus Vitellius voluerat.* | 11. *flagrantissima flagitia.* Vgl. hist. 2, 31 *flagrantissimae libidines*, ann. 14, 1 *flagrantior in dies amore Poppaeae.* | 12. *imposuerat,* sc. nach dem Tode des Burrus; die Folge war: *civitati grande desiderium eius mansit.* | Über Faenius Rufus s. zu 13, 22 und über Tigellinus zu 14, 48. | 14. *veterem — secutus* 'den er als alten Wüstling und liederlichen Menschen im Auge hatte'. So *sequi* schon häufig bei Cic. z. B. de off. 1, 11, 35 *sed credo aliquid secutos, opportunitatem loci maxime* 'aber die Römer haben wohl (bei der Zerstörung von Corinth) etwas Bestimmtes im Auge gehabt u. s. w.', vgl. Müller. | 15. *validior in animo* ctt. Vgl. 4, 12 *Prisca in animo Augustae valida,* 15, 50 *quem Tigellinus in animo principis anteibat* 'in der Gunst übertraf'. | 17. *quod* sc. *prospera fama esse,* s. zu 6, 8, 4.

52. 4. Die Gründe, welche die Ankläger anführen, sind durch *tamquam, quod* und *quasi* eingeleitet. | 6. *quasi.* Konjunktion in Anastrophe bei Tac. nur hier. Vgl. Einl. § 117 und 13, 33, 2. | 9. *nam* bedeutet: nur davon wollten sie reden, denn es sei ja bekannt, dafs u. s. w., s. zu Kp. 11, 9. | 10. *voces.* Der Plural bezeichnet einzelne Stellen des Vortrages. | 11. *quem ad finem* 'wie lange' (nie 'zu welchem Zweck', was *quorsum haec?* bedeutet), vgl. Kp. 64 und Cic. Cat. 1, 1, 1 *quem ad finem sese effrenata iactabit audacia?* Nep. Epam. 2 ex. *itaque exercebatur plurimum currendo et luctando ad eum finem, quoad stans complecti posset atque contendere.* Übrigens vertritt *quem ad finem* in unserer Stelle das logische Prädikat 'wie lange werde es dauern, so' u. s. w., s. 12, 65, 11. | 13. *exuere*

At Seneca criminantium non ignarus, prodentibus iis, quibus aliqua honesti cura, et familiaritatem eius magis *magisque* aspernante Caesare, tempus sermoni orat et accepto ita incipit: 'quartus decumus annus est, Caesar, ex quo spei tuae admotus sum, octavus, ut imperium obtines; medio temporis tantum honorum atque opum in me cumulasti, ut nihil felicitati meae desit nisi moderatio eius. utar magnis exemplis, nec meae fortunae, sed tuae. abavus tuus Augustus M. Agrippae Mytilenense secretum, C. Maecenati urbe in ipsa velut peregrinum otium permisit; quorum alter bellorum socius, alter Romae pluribus laboribus iactatus ampla quidem, sed pro ingentibus meritis praemia acceperant. ego quid aliud munificentiae tuae adhibere potui quam studia, ut sic dixerim, in umbra educata, et quibus claritudo venit, quod iuventae tuae rudimentis adfuisse videor, grande huius rei pretium. at tu gratiam *mihi* inmensam, innumeram pecuniam circumdedisti, adeo ut ple- 53

'beseitigen, sich jemandes entledigen' mit dem Accusativ der Person, wie 1, 2 *exutoque Lepido.*

53. 4. *spei tuae,* wir sagen: 'dir, dem hoffnungsvollen Jüngling'. | 5 *ut* 'seit', vgl. Plaut. Stich. 29 *nam viri nostri domo ut abierunt, tertius est annus,* Cic. ad Att. 1, 15, 2 *ut Brundisio profectus es, nullae mihi abs te sunt redditae litterae,* Cic. Brut. 5, 19 *ut illos de republica libros edidisti, nihil a te sane accepimus,* Hor. C. 4, 4, 41 u. ff. *qui primus alma risit adorea, dirus per urbis Afer ut Italas . . . equitavit,* Ov. ex Ponto 1, 9, 5 *nec quicquam ad nostras pervenit acerbius aures ut sumus in Ponto,* Ov. trist. 4, 6, 19 *ut patria careo, bis frugibus area trita est,* ib. 5, 10, 1 *ut sumus in Ponto, ter frigore constitit Hister.* | *medio temporis* auch 13, 28; hist. 2, 53 'mittlerweile'. | 6. Über *cumulare in aliquem* s. zu 13, 2, 13 *omnes in eam honores cumulabantur.* | 8. *fortuna* 'Stand, Lebensstellung', wie 11, 12. 30 und öfter. | Der *abavus* ist der Vater des *proavus.* Über die Abstammung des Nero von Augustus s. die Stammtafel Bd. I S. 40. | *Agrippa,* von Augustus dem eigenen Schwestersohne Marcellus vorgezogen und deshalb von diesem angefeindet, war im J. 23 zur Verhinderung offener Feindseligkeiten zwischen beiden zum Statthalter von Syrien ernannt, blieb aber in Mytilene auf Lesbos und schickte seine Legaten in die Provinz. Noch in demselben Jahre starb Marcellus; Agrippa kehrte zurück und heiratete im J. 21 die Julia, Witwe des Marcellus. | 9. *Maecenas* hatte nur zweimal vorübergehend die Stadtpräfektur, sonst kein bestimmtes Staatsamt bekleidet. | Über die Stellung *urbe in ipsa* s. Einl. § 116, c. | 10. *bellorum socius,* namentlich gegen Sext. Pompejus. Agrippa stirbt 12 v. Chr. | 11. *pluribus* 'mehr als gewöhnlich', wie in klassischer Latinität z. B. Cic. de leg. 2, 1, 3 *cum licet plures dies abesse.* | 12. *acceperant* statt *acceperat,* obgleich das Verb zu jedem Subjekte im Singular zu denken ist. So öfter in den Annalen: 12, 41 *Britannicus in praetexta, Nero triumphali veste travecti sunt;* 3, 62; 6, 46. | 13. *adhibere* 'entgegenbringen, bieten'. | *ut sic dixerim,* vgl. Einl. § 16. | 14. *venit* (klassisch *venerit*) *quod* ohne *ex eo (eo),* wie etwa Cic. de off. 1, 18, 61 *declaratur studium bellicae gloriae, quod —,* Varr. r. r. 2, 12, 7 *aetas cognoscitur equorum, quod —* (s. Müller a. a. O.). | *quod — videor* 'daſs ich Lehrer und Leiter deiner ersten Jugend gewesen zu sein scheine'. | 16. *pecuniam — circumdedisti.* Vgl. 12, 25 *Britannici pueritiam robore circumdaret.* | *plerumque* 'sehr oft' wie 4, 57; dial. 15 *quas mecum ipse*

rumque intra me ipse volvam: egone, equestri et provinciali loco ortus, proceribus civitatis adnumeror? inter nobiles et longa decora praeferentes novitas mea enituit? ubi est animus ille modicis contentus? talis hortos extruit et per haec suburbana incedit et tantis agrorum spatiis, tam lato faenore exuberat? una defensio occurrit, quod muneribus tuis obniti non debui.

54 Sed uterque mensuram inplevimus, et *tu*, quantum princeps tribuere amico posset, et ego, quantum amicus a principe accipere: cetera invidiam augent. quae quidem, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem iacent, sed mihi incumbunt, mihi subveniendum est. quo modo in militia aut via fessus adminiculum orarem, ita in hoc itinere vitae senex et levissimis quoque curis inpar, cum opes meas ultra sustinere non possim, praesidium peto. iube rem per procuratores tuos administrari, in tuam fortunam recipi. nec me in paupertatem ipse detrudam, sed traditis quorum fulgore praestringor, quod temporis hortorum aut villarum curae seponitur, in animum revocabo. superest tibi robur et tot per annos nosti *summi* fastigii regimen: possumus seniores amici quietem reposcere. hoc quoque in tuam gloriam cedet, eos ad summa vexisse, qui et modica tolerarent.'

55 Ad quae Nero sic ferme respondit: 'quod meditatae orationi tuae statim occurram, id primum tui muneris habeo,

---

plerumque inquiro. | 19. *longa decora* ctt. bezieht sich auf die lange Reihe von Ahnen, welche die Häuser der Nobiles aufzuweisen haben (*praeferentes*).

54. 3. *cetera* 'was darüber ist' d. h. über die *mensura* hinausgeht, wozu er auch, wie Nipp.-Andresen richtig bemerken, das längere Behalten des Empfangenen rechnet. | *quae quidem — incumbunt*. Sinn: du stehst zu hoch, als dafs der Neid dich erreichen könnte, aber auf mir lastet er (mir liegt er auf), ein Gefühl, dafs du nicht kennst. | Die Verba *iacent* und *incumbunt* sind auf das näher stehende *omnia mortalia* statt auf *quae* bezogen, vgl. Cic. ad Att. 1, 15, 1 *non dubito, quin celerius tibi hoc rumor quam ullius nostrum litterae nuntiarint*, Brut. § 262 *omni ornatu orationis tamquam veste detracta*, Phil. 4 § 9 *quis illum igitur consulem nisi latrones putant?* S. zu 2, 17, 5 und 4, 56, 3. | 5. *quo modo — ita* auch 15, 21; 16, 16 u. öfter. Schon bei Cicero (z. B. de lege agr. 2, 1, 3, de off. 1, 38, 136). Aufserdem hat Tacitus *quo modo — sic* 4, 35; 16, 31; dial. 36 u. öfter. | 6. *levissimis quoque curis* ('Geschäften') *inpar*', vgl. hist. 2, 59 *inpar curis gravioribus*. | 11. *in animum revocabo* 'werde ich wieder auf geistige Beschäftigung verwenden'. | *superest tibi robur* 'du stehst noch in der Fülle der Kraft'; *superesse* (Gegensatz *deesse*) 'reichlich vorhanden sein' in allen Sprachperioden, für Tac. s. Heraeus zu hist. 1, 51 *viri arma equi ad usum et ad decus supererant*. | 13. *reposcere*, in dem *re* liegt die Berechtigung der Forderung. | 14. *cedet*, vgl. Curt. 3, 6, 18 *temeritas in gloriam cesserat*. | *vehere* statt *evehere* oder *provehere*. | *qui et modica tolerarent* 'die sich auch in die Beschränkung zu finden wüfsten'.

55. 2. *primum* nicht als Neutrum zu *id* zu ziehen, sondern Adverbium = 'zunächst, zuvörderst' wie *(ac) primum quidem* dem Exordium dienend. | *tui muneris* = *tui muneris ὄν*, vgl. Quint. 10, 2, 7 *nihil habe-*

qui me non tantum praevisa, sed subita expedire docuisti. abavus meus Augustus Agrippae et Maecenati usurpare otium post labores concessit, sed in ea ipse aetate, cuius auctoritas tueretur, quidquid illud et qualecumque tribuisset; ac tamen neutrum datis a se praemiis exuit. bello et periculis meruerant; in iis enim iuventa Augusti versata est. nec mihi tela et manus tuae defuissent in armis agenti: sed quod praesens condicio poscebat, ratione consilio praeceptis pueritiam, dein iuventam meam fovisti. et tua quidem erga me munera, dum vita suppetet, aeterna erunt: quae a me habes, horti et faenus et villae, casibus obnoxia sunt. ac licet multa videantur, plerique haudquaquam artibus tuis pares plura tenuerunt. pudet referre libertinos, qui ditiores spectantur: unde etiam rubori mihi est, quod praecipuus caritate nondum omnes fortuna antecellis.

Verum et tibi valida aetas rebusque et fructui rerum sufficiens, et nos prima imperii spatia ingredimur, nisi forte aut te Vitellio ter consuli aut me Claudio postponis et, quantum Volusio longa parsimonia quaesivit, tantum in te mea liberalitas explere non potest. quin, si qua in parte lubricum adu- 56

---

bimus nisi beneficii alieni (= *nisi quod sit b. a.*) und Hor. C. 4, 3, 21 *totum muneris hoc tui'st, quod* u. s. w. | 3. *non tantum — sed,* aufsteigend, steigernd, vgl. Einl. § 67. | *praevisa.* Über den Gebrauch des Verbums s. zu 12, 40, 17. | *subita expedire* 'aus dem Stegreif reden'. *Expedire* 'entwickeln' wie 4, 1 *nunc originem, mores — expediam.* | 6. *tueretur* 'rechtfertigte'. Der Sinn ist: Augustus hätte die Einkünfte seiner Günstlinge schmälern können; aber er hat es nicht gethan: wie viel weniger dürfte ich es. | *quidquid illud,* verkürzt statt *quidquid illud erat quod.* S. zu 12, 36, 5 *quis ille.* | 11. *munera* fast = *merita.* | 12. *vita,* nämlich *mea.* | *suppetere,* in demselben Sinne *suppeditare*: 15, 11 *donec vita suppeditet*; hist. 1, 1 *quodsi vita suppeditet.* | *aeterna* 'unvergänglich und unvergeſslich'. So Cic. post red. in sen. § 34 *quodsi mihi aeternam esse aerumnam propositam arbitrarer, morte me ipse potius quam sempiterno dolore multassem.* | 16. *antecellere* mit dem Accusativ auch hist. 2, 3 und *praecellere* ann. 2, 43, eine Neuerung der poetisierenden Prosaiker der Kaiserzeit wie Velleius, Tacitus, Plinius. H. N. 19, 8, 41 ist sogar *excellere* so konstruiert. Interessant der Gräcismus rhet. ad Her. 2 § 48 *ad inferiores, qui his omnibus rebus antecelluntur.*

56. 1. *rebus* 'den Geschäften'. *fructui* 'dem wohlverdienten Lohne' für deine Mühewaltung. | 2. *nisi forte* u. s. w. Zusammenhang: du bist noch nicht so alt und leistungsunfähig, daſs ich das Versäumte (*quod mihi rubori est*) nicht nachholen könnte. Nur darfst du dich und mich nicht unterschätzen. Du kannst dich ruhig dem Vitellius gleichsetzen, dessen Verdienste Claudius mit dreimaligem Konsulate lohnte, und ich, warum sollte ich dem Claudius an Dankbarkeit nachstehen, warum sollte ich dir nicht so viel schenken, wie Volusius sich mühsam erspart? | 3. *L. Vitellius,* Vater des späteren Kaisers, war ein Schmeichler und Günstling des Claudius, im J. 47 zum dritten Male Konsul. | 4. Über *L. Volusius,* im J. 56 gestorben, s. zu 13, 30. | 5. *explere* 'ein Maſs füllen', hier also 'erreichen'. Vgl Caes. B. C. 3, 4, 6 *eum, quem supra demonstravimus, numerum expleverat,* Verg. Aen. 6, 545 *explebo numerum.* | *lubricum.* Ebenso 6, 49 *lubricum iuventae.* S. zu 13, 2 *lubrica aetas.*

lescentiae nostrae declinat, revocas ornatumque robur subsidio inpensius regis? non tua moderatio, si reddideris pecuniam, nec quies, si reliqueris principem, sed mea avaritia, meae crudelitatis metus in ore omnium versabitur. quod si maxime continentia tua laudetur, non tamen sapienti viro decorum fuerit, unde amico infamiam paret, inde gloriam sibi recipere.' his adicit complexum et oscula, factus natura et consuetudine exercitus velare odium fallacibus blanditiis. Seneca, qui finis omnium cum dominante sermonum, grates agit; sed instituta prioris potentiae commutat, prohibet coetus salutantium, vitat comitantis, rarus per urbem, quasi valetudine infensa aut sapientiae studiis domi adtineretur.

57 Perculso Seneca promptum fuit Rufum Faenium inminuere Agrippinae amicitiam in eo criminantibus. validiorque in dies Tigellinus et malas artes, quibus solis pollebat, gratiores ratus, si principem societate scelerum obstringeret, metus eius rimatur; conpertoque Plautum et Sullam maxime timeri, Plautum in Asiam, Sullam in Galliam Narbonensem nuper amotos, nobilitatem eorum et propinquos huic orientis, illi Germaniae exercitus commemorat. non se, ut Burrum, diversas spes, sed

---

6. *robur* ctt. Die Konstruktion ist: *robur meum* (meine jugendliche Kraft) *tuo subsidio ornatum* (ausgestattet, versehen). | 8. *quies*, s. zu Kp. 47, 7. | 9. *metus* bezeichnet nicht die Furcht des Volkes, sondern die des Seneca. | *quod si maxime* 'wenn also ja'. | 12. Über den Infinitiv nach *factus* und *exercitus* (statt *exercitatus*, wie Kp. 2; 15, 45 und öfter) vgl. Einl. § 82, b. | 16. *comitantis* 'das Ehrengeleit' der römischen Grofsen. | *sapientiae studia* sind 'philosophische Studien', wie Kp. 16 *sapientiae doctores* 'Philosophen'.

57. 1. Über Faenius Rufus s. Kp. 51 und zu 13, 22. | *inminuere* 'auf die Seite schieben' (Georges). | 2. *criminantibus*, absol. Ablativ, nicht Dativ. Gemeint sind die *deteriores* in Kp. 52. | *in eo*, s. zu 2, 41, 13. | *validior* 'einflufsreicher, mächtiger'. | 5. Rubellius Plautus s. zu 13, 19. Faustus Sulla war Schwiegersohn des Claudius. S. zu 12, 52. | 6. *amotos* statt *amotum*. S. zu Kp. 53 *acceperant*. | 7. *huic — illi*, die Reihenfolge wie Cic. Lael. 2, 10 *cave Catoni anteponas ne istum quidem ipsum, quem Apollo, ut ais, sapientissimum iudicavit: huius enim facta, illius dicta laudantur*, Caes. B. C. 2, 31, 4 *nam neque pudentes suspicari oportet sibi parum credi neque improbos scire sese timeri, quod illis licentiam timor augeat noster, his studia deminuat*, Liv. 30, 30, 19 *melior tutiorque est certa pax quam sperata victoria: haec in tua, illa in deorum potestate est*, ebenso Liv. 24, 29, 3, Hor. sat. 2, 2, 33. Vgl. noch Tac. hist. 2, 77 *acriore hodie disciplina victi quam victores agunt. hos ira ... ad virtutem accendit, illi per fastidium et contumacia hebescunt*, 4, 27 *redit in Hordeonium invidia: illum* (sc. *Hordeonium, qui procul erat Novaesii*) *auctorem sceleris, hunc* (sc. *Gallum, qui Geldubae aderat*) *ministrum vocant*. Das dem Redner näher Stehende — ob thatsächlich oder nur in der Vorstellung — wird durch *hic* bezeichnet, s. Draeger Hist. Synt.[2] I p. 86. | 8. *diversas* 'besondere, egoistische', eigentlich: getrennt von dem Hauptzweck, dem Wohle des Kaisers. Damit deutet er darauf hin, dafs Burrus (von dem es 13, 20 heifst: *tamquam Agrippinae gratia provectum et vicem reddentem*) seine Bedenken gegen die Ermordung der Agrippina geäufsert und

solam incolumitatem Neronis spectare; cui caveri utcumque ab urbanis insidiis praesenti opera: longinquos motus quonam modo comprimi posse? erectas Gallias ad nomen dictatorium, nec minus suspensos Asiae populos claritudine avi Drusi, Sullam inopem, unde praecipuam audaciam, et simulatorem segnitiae, dum temeritati locum reperiret. Plautum magnis opibus ne fingere quidem cupidinem otii, sed veterum Romanorum imitamenta praeferre, adsumpta etiam Stoicorum adrogantia sectaque, quae turbidos et negotiorum adpetentes faciat. nec ultra mora. Sulla sexto die pervectis Massiliam percussoribus ante metum et rumorem interficitur, cum epulandi causa discumberet. perlatum caput eius inlusit Nero tamquam praematura canitie deforme.

Plauto parari necem non perinde occultum fuit, quia 58
pluribus salus eius curabatur, et spatium itineris ac maris tempusque interiectum moverat famam; vulgoque fingebant petitum ab eo Corbulonem, magnis tum exercitibus praesidentem et, clari atque insontes si interficerentur, praecipuum ad pericula. quin et Asiam favore iuvenis arma cepisse, nec milites ad scelus missos aut numero validos aut animo promptos, postquam iussa efficere nequiverint, ad spes novas transisse. vana haec more famae credentium otio augebantur. ceterum libertus Plauti celeritate ventorum praevenit centurionem et mandata L. Antistii soceri attulit: effugeret segnem mortem, innocentium suffugium, et magni nominis miseratione reperturum bonos, consociaturum audaces. nullum interim subsidium

---

den Anicetus vorgeschoben hatte. 14, 7. | 9. *utcumque* 'einigermafsen', adverbiell, s. zu 2, 14, 12. | 10. *praesenti* 'persönliches, unmittelbares'. | 11. *ad* 'auf — hin, in Rücksicht auf', vgl. 2, 2 *laetantes ut ferme ad nova imperia.* | *dictatorium* wegen der Erinnerung an den Diktator Sulla. | 12. *claritudine* 'durch die erlauchte Abkunft'. | *Drusus.* Rubellius Plautus war ein Sohn des C. Rubellius Blandus und der Julia, Tochter des jüngeren Drusus, dessen Vater Tiberius. | 16. *imitamenta*, s. zu 13, 4, 1. | *praeferre* = *prae se ferre,* wie oft, s. zu 2, 53, 13. | *adrogantia,* weil die Stoiker, zu denen Thrasea gehörte, Anhänger der republikanischen Verfassung waren. | 17. *negotia* sind Staatsgeschäfte, politische Thätigkeit. *negotiorum adpetentes* fast gleich *novarum rerum cupidos.* | 19. *ante* d. h. um zuvorzukommen. | 20. *tamquam,* kausal, s. Einl. § 95.

58. 2. *ac maris.* Durch *ac* wird dem Allgemeinen das Spezielle hinzugefügt, wie Liv. 7, 13, 9 *viris ac Romanis,* 23, 33, 11 *Carthaginiensium atque Hannibalis.* | 3. *petitum* ctt. = *profectum eum ad Corbulonem.* | 5. *ad pericula,* nämlich *suscipienda.* | 6. *nec milites ad scelus missos aut numero validos aut animo promptos* = *et milites* ... *neque n. validos neque a. promptos,* s. 12, 7, 3. | 9. *credentium otio* bezieht sich auf die zahlreichen unbeschäftigten Pflastertreter in Rom. | *ceterum* statt *re vera autem* s. zu 1, 10, 2. | 11. Über L. Antistius Vetus s. zu 13, 11. | 12. *innocentium suffugium,* mit leisem Tadel gesagt wie Kp. 51 *segnem innocentiam,* hist. 1, 56 *legatus* ... *segnis, pavidus et socordia innocens.* Wir gebrauchen 'unschuldig' auch wohl von Leuten, denen der Mut und die Leidenschaft fehlt etwas zu wagen.

aspernandum. si sexaginta milites (tot enim adveniebant) propulisset, dum refertur nuntius Neroni, dum manus alia permeat, multa secutura, quae adusque bellum evalescerent. denique aut salutem tali consilio quaeri, aut nihil gravius audenti quam ignavo patiendum esse.

59 Sed Plautum ea non movere, sive nullam opem providebat inermis atque exul, seu taedio ambiguae spei an amore coniugis et liberorum, quibus placabiliorem fore principem rebatur nulla sollicitudine turbatum. sunt qui alios a socero nuntios venisse ferant, tamquam nihil atrox immineret; doctoresque sapientiae, Coeranum Graeci, Musonium Tusci generis, constantiam opperiendae mortis pro incerta et trepida vita suasisse. repertus est certe per medium diei nudus exercitando corpori. talem eum centurio trucidavit coram Pelagone spadone, quem Nero centurioni et manipulo, quasi satellitibus ministrum regium, praeposuerat. caput interfecti relatum; cuius aspectu (ipsa principis verba referam) 'cur', inquit Nero * * * et posito metu nuptias Poppaeae ob eius modi terrores dilatas maturare parat Octaviamque coniugem amoliri, quamvis modeste ageret, nomine patris et studiis populi gravem. sed ad

---

15. *dum* mit dem Indik. des Präsens in indirekter Rede, s. zu 2, 81, 9. | 16. *adusque*, nach Verg. Aen. 11, 262 *adusque columnas,* Hor. sat. 1, 1, 97 *adusque supremum tempus,* Ov. ex Pont. 2, 8, 4 *supremum vitae tempus adusque meae*, s. Nipp.-Andresen zu 13, 47, 22. | *evalescere* auch Germ. 2 u. 28 und hist. 1, 80.

59. 2. *an* ist dem voraufgehenden *seu* untergeordnet. Ähnlich Ovid fast. 3, 773 *sive quod — seu quia — sive quod — an quia?* Anders 11, 26 *sive fatali vaecordia an — ratus.* | *coniugis.* Es ist Antistia Pollitta, Tochter des Antistius Vetus. S. zu Kp. 22. | 5. *tamquam* bezeichnet die fremde Meinung. | 6. Coeranus wird auch von dem älteren Plinius erwähnt. | C. Musonius Rufus, römischer Ritter und Stoiker, auch 15, 71 als Philosoph erwähnt, wird im J. 65 verbannt. In den Historien spielt er eine politische Rolle. | 7. *opperiendae mortis* 'in der Erwartung des Todes', s. zu 4, 2, 10. | 8. *nudus* mit dem Dativ des Gerundivums. Vgl. Einl. § 109. | 10. *manipulo* 'dem Trupp, der Mannschaft' zu 60 Mann, wie Kp. 58 zeigt, hier also nicht in streng militärischem Sinne. | *satellitibus* verächtlich statt *militibus* wie hist. 1, 84 *si Vitellio et satellitibus eius eligendi facultas detur* u. s. w. | 12. *cur* ctt. Die Worte, die er gesprochen, heifsen bei Dio 62, 14 *οὐκ ᾔδειν, ὅτι μεγάλην ῥῖνα εἶχεν.* Irgend etwas Frivoles wird er gesagt haben, wie er nach Dio beim Anblick des entblöfsten Leichnams der Agrippina ausruft: Ich wufste nicht, dafs ich eine so schöne Mutter hätte. | *ipsa* u. s. w. Vorangestellte Parenthese, wie Kp. 56, 11, s. zu 12, 42, 14. | 13. Poppaea, mit der Nero seit fünf Jahren ein Verhältnis hatte und deren Gemahl Otho als Statthalter nach Lusitanien geschickt war, lebt noch bis zum J. 65, wo Nero durch Mifshandlung ihren Tod herbeiführt. 16, 6. | 14. Octavia, Tochter des Claudius und der Messalina. | *amoliri aliquem* 'beseitigen, aus dem Wege räumen' mit dem Nebenbegriff der entgegenstehenden Schwierigkeiten, auch 2, 42 *amoliri iuvenem specie honoris statuit,* hist. 1, 13. | 15. *nomine patris* 'wegen ihres Vaters' d. h. wegen der Erinnerung an die Ermordung desselben. Schon Cic. Cat. 3, 15 *supplicatio dis immor-*

senatum litteras misit de caede Sullae Plautique haud confessus, verum utriusque turbidum ingenium esse, et sibi incolumitatem rei publicae magna cura haberi. decretae eo nomine supplicationes, utque Sulla et Plautus senatu moverentur, gravioribus tamen ludibriis quam malis.

Igitur accepto patrum consulto, postquam cuncta scelerum 60
suorum pro egregiis accipi videt, exturbat Octaviam, sterilem dictitans; exin Poppaeae coniungitur. ea diu paelex et adulteri Neronis, mox mariti potens, quendam ex ministris Octaviae impulit servilem ei amorem obicere. destinaturque reus cognomento Eucaerus, natione Alexandrinus, canere tibiis doctus. actae ob id de ancillis quaestiones, et vi tormentorum victis quibusdam, ut falsa adnuerent, plures perstitere sanctitatem dominae tueri; ex quibus una instanti Tigellino castiora esse muliebria Octaviae respondit quam os eius. movetur tamen primo civilis discidii specie domumque Burri, praedia Plauti, infausta dona, accipit: mox in Campaniam pulsa est addita militari custodia. inde crebri questus nec occulti per vulgum, cui minor sapientia *et* ex mediocritate fortunae pauciora pericula sunt. his . . . tamquam Nero paenitentia flagitii coniugem revocarit Octaviam.

Exin laeti Capitolium scandunt deosque tandem veneran- 61
tur. effigies Poppaeae proruunt, Octaviae imagines gestant umeris, spargunt floribus foroque ac templis statuunt. itur

---

talibus pro singulari eorum merito meo nomine decreta est, eigentlich 'auf mein Konto, für meine Rechnung'. | *gravem* 'lästig'. | 18. *haberi* 'behandelt, berücksichtigt werden'. Vgl. 11, 8, 5. | 20. *ludibria* 'der Hohn, die Schmach', dafs der Senat sich zu solchen Beschlüssen hergab. Das war nach Tac. jedenfalls (*tamen* s. zu 11, 7, 4) schlimmer als das Unheil, welches der Kaiser anrichtete.

60. 1. *cuncta scelerum* statt *cuncta scelera* wie 3, 35 *cuncta curarum,* hist. 5, 10 *cuncta camporum*, mit unlogischer Aufhebung der partitiven Bedeutung des Genetivs. S. Einl. § 40, b. | 2. *videt. postquam* mit dem Präsens von *videre* auch 1, 48, hist. 4, 57. | *exturbat — coniungitur*, gewissermafsen Thema der folgenden Ausführung. | 5. *impulit.* Über *impellere* mit dem Infinitiv s. zu 6, 45, 18. | *cognomento* 'mit Namen'. | 7. *victis* statt *coactis* mit folgendem *ut* nach Hor. epod. 17, 27 *ergo negatum vincor ut credam miser.* | 8. *plures* 'die Mehrzahl', ursprünglich 'mehr als die, welche nachgaben', s. zu Kp. 27, 6. | 9. *castiora* ctt. Vgl. Dio 62, 13 *προσέπτυσέ τε αὐτῷ καὶ εἶπε· καθαρώτερον, ὦ Τιγελλῖνε, τὸ αἰδοῖον ἡ δέσποινά μου τοῦ σοῦ στόματος ἔχει.* | 10. *movetur,* Simplex pro composito wie Kp. 32 *neque motis.* | 11. Das Vermögen des Plautus war konfisziert, das Haus des Burrus mag durch Kauf vom Kaiser erworben sein. | 13. *vulgum* als Accus. in der Handschr. öfter für *vulgus.* | 15. In der Lücke mufs des Gerüchtes Erwähnung gethan sein, das in *tamquam — revocarit* seinen Ausdruck gefunden hat, also ist mit Nipp.-Andresen etwa zu ergänzen: *his* ⟨*vocibus supervenit inanis rumor*⟩ *tamquam.*

61. 1. *tandem* d. h. endlich war ihnen wieder so zu Mute. | 3. *foroque ac templis statuunt.* Zu dem Abl. ohne *in* vgl. hist. 5, 5 *igitur nulla simulacra urbibus suis, nedum templis sistunt* und s. Einl. § 35.

etiam in principis laudes strepitu venerantium. iamque et Palatium multitudine et clamoribus complebant, cum emissi militum globi verberibus et intento ferro turbatos disiecere. mutataque, quae per seditionem verterant, et Poppaeae honos repositus est. quae semper odio, tum et metu atrox, ne aut vulgi acrior vis ingrueret aut Nero inclinatione populi mutaretur, provoluta genibus eius, non eo loci res suas ait, ut de matrimonio certet, quamquam id sibi vita potius, sed vitam ipsam in extremum adductam a clientelis et servitiis Octaviae, quae plebis sibi nomen indiderint, ea in pace ausi, quae vix bello evenirent. arma illa adversus principem sumpta; ducem tantum defuisse, qui motis rebus facile reperiretur: omitteret modo Campaniam et in urbem ipsa pergeret, ad cuius nutum absentis tumultus cierentur. quod alioquin suum delictum? quam cuiusquam offensionem? an quia veram progeniem penatibus Caesarum datura sit? malle populum Romanum tibicinis Aegyptii subolem imperatorio fastigio induci? denique, si id rebus conducat, libens quam coactus acciret dominam, vel consuleret securitati. iusta ultione et modicis remediis primos motus consedisse: at si desperent uxorem Neronis fore Octaviam, illi maritum daturos.

62 Varius sermo et ad metum atque iram accomodatus terruit simul audientem et accendit. sed parum valebat suspicio in servo et quaestionibus ancillarum elusa erat. ergo confessionem alicuius quaeri placet, cui rerum quoque novarum crimen adfingeretur. et visus idoneus maternae necis patrator Anicetus, classi apud Misenum, ut memoravi, praefectus, levi post admissum scelus gratia, dein graviore odio, quia malorum facinorum ministri quasi exprobrantes aspiciuntur. igitur acci-

---

4. *strepitu venerantium* 'in lärmender Huldigung' oder freier übersetzt: 'wobei die Huldigung in Lärm ausartete'. Über den Gen. Plur. Part. Praes. als Ersatzmittel für deutsche abstrakte Substantiva s. 2, 1, 6 zu *cuncta venerantium officia*. | 7. *quae — verterant,* freier übersetzt: 'was der Aufstand umgeworfen'. Das Subjekt zu *verterant* ist dasselbe wie in *proruunt*, *gestant* . . ., *complebant*. | 10 *genibus* statt *ad genua*. S. zu 11, 30. | *eo loci* hier und 15, 74, s. 4, 4, 5 zu *eodem loci*. | 13. *ausi,* auf *quae* zu beziehen, s. Einl. § 18, b und 2, 52, 14. | 18. *veram* 'echt'. Cic. Verr. 4 § 147 *verum et germanum Metellum,* Ovid. met. 2, 38 *tua vera propago.* | 19. *malle* ohne Fragepartikel, s. 2, 15, 10 zu *aliud sibi reliquum quam tenere libertatem aut mori ante servitium?* | 20. *inducere* mit dem Dativ statt *in* ist dichterisch, z. B. Verg. georg. I 316 *cum flavis messorem induceret arvis agricola.* | 21. Vor *quam* fehlt *potius,* wie 3, 17 *miseratio quam invidia augebatur,* Germ. 6 *consilii quam formidinis arbitrantur.* | *vel* steht für *aut,* wie Kp. 35, 13, 41 *vel si relinquerentur.* | *dominam,* mit Bitterkeit gesagt.

62. 1. *iram* scil. *excitandam,* s. zu 12, 56, 7. | 2. *in servo* 'in betreff des (gegen den) Sklaven', s. zu 2, 41, 13. | 5. *patrator* nur hier und bei Späteren. | 6. *ut memoravi,* nämlich Kp. 3.

tum eum Caesar operae peioris admonet: solum incolumitati principis adversus insidiantem matrem subvenisse; locum haud minoris gratiae instare, si coniugem infensam depelleret. nec manu aut telo opus: fateretur Octaviae adulterium. occulta quidem ad praesens, sed magna ei praemia et secessus amoenos promittit, vel, si negavisset, necem intentat. ille insita vaecordia et facilitate priorum flagitiorum plura etiam, quam iuscum erat, fingit fateturque apud amicos, quos velut consilio adhibuerat princeps. tum in Sardiniam pellitur, ubi non inops exilium toleravit et fato obiit.

At Nero praefectum in spem sociandae classis corruptum, 63
et incusatae paulo ante sterilitatis oblitus, abactos partus conscientia libidinum, eaque sibi conperta edicto memorat insulaque Pandateria Octaviam claudit. non alia exul visentium oculos maiore misericordia adfecit. meminerant adhuc quidam Agrippinae a Tiberio, recentior Iuliae memoria obversabatur a Claudio pulsae: sed illis robur aetatis adfuerat; laeta aliqua viderant et praesentem saevitiam melioris olim fortunae recordatione adlevabant. huic primum nuptiarum dies loco funeris fuit, deductae in domum, in qua nihil nisi luctuosum haberet, erepto per venenum patre et statim fratre; tum ancilla domina validior et Poppaea non nisi in perniciem uxoris nupta postremo crimen omni exitio gravius.

Ac puella vicensimo aetatis anno inter centuriones et 64
milites, praesagio malorum iam vitae exempta, nondum tamen

---

14. *vel* wie oben Kp. 61. | *necem intentat* nach Verg. Aen. 1, 91 *praesentemque viris intentant omnia mortem.* | 15. *iussum erat* nach Sall. Jug. 62, 7, s. zu 2, 40, 11. | 18. *fato obiit* 'er starb eines natürlichen Todes', wie 6, 10.

63. 1. *in spem* bezeichnet Ziel und Beweggrund, wie Kp. 15, hist. 4, 42 *in spem potentiae,* Liv. 21, 45, 4 *praemia pronuntiat, in quorum spem pugnarent,* 5, 30, 8 *vellentque in eam spem liberos tollere,* Plin. pan. 27 *magnum quidem est educandi incitamentum tollere liberos in spem alimentorum, in spem congiariorum: maius tamen in spem libertatis, in spem securitatis.* Vgl. 15, 44 *tamquam non utilitate publica, sed in saevitiam unius* (= *ut ei satisfieret*) *absumerentur.* | 2. *abactos partus.* Die Abtreibung der Leibesfrucht (*abactio partus* oder *fetus*) war bei den Römern durch kein Gesetz verboten; dagegen erwähnt Cicero (p. Cluent. 11, 32) einen Fall aus Milet, wo dies Verbrechen mit dem Tode bestraft wird. | 4. Pandateria oder Pandataria, auch 1, 53 als Verbannungsort der älteren Julia erwähnt, liegt südlich von Tarracina. | 6. Agrippina, Gemahlin des Germanicus, ward um das Jahr 30 ebenfalls nach Pandateria verbannt. — Julia ist ihre Tochter, auf Antrieb der Messalina verjagt und bald darauf getötet. | 11. *patre,* Claudius. *fratre,* Britannicus. | *ancilla,* nämlich die Freigelassene Acte, Neros Konkubine. | 12. *validior* (sc. *fuit*) 'einflufsreicher, mächtiger' wie Kp. 51 *validior Tigellinus in animo principis* und öfter.

64. 1. *puella* 'die junge Frau'. Ov. ex Pont. 3, 3, 80, Gell. 12, 1, 4 u. a. | *vicensimo.* Die Zahl ist ungenau, da Octavia wenigstens zwei Jahre älter sein mufste. | 2. *vitae exempta* 'entrückt'. Das Verb. *eximere,* welches

morte adquiescebat. paucis dehinc interiectis diebus mori iubetur, cum iam viduam se et tantum sororem testaretur communesque Germanicos et postremo Agrippinae nomen cieret, qua incolumi infelix quidem matrimonium, sed sine exitio pertulisset. restringitur vinclis venaeque eius per omnes artus exsolvuntur; et quia pressus pavore sanguis tardius labebatur, praefervidi balnei vapore enecatur. additurque atrocior saevitia quod caput amputatum latumque in urbem Poppaea vidit. dona ob haec templis decreta quem ad finem memorabimus? quicumque casus temporum illorum nobis vel aliis auctoribus noscent, praesumptum habeant, quotiens fugas et caedes iussit princeps, totiens grates deis actas, quaeque rerum secundarum olim, tum publicae cladis insignia fuisse. neque tamen silebimus, si quod senatus consultum adulatione novum aut patientia postremum fuit.

65 Eodem anno libertorum potissimos veneno interfecisse creditus est, Doryphorum quasi adversatum nuptiis Poppaeae, Pallantem, quod inmensam pecuniam longa senecta detineret. Romanus secretis criminationibus incusaverat Senecam ut C.

Klassiker mit *ex* oder *de* konstruieren, hat Tacitus (aufser Agr. 3 *e media vita*) nur mit dem Dativ gesetzt nach dem Vorgang von Verg. (Aen. 9, 447 *nulla dies umquam memori vos eximet aevo*). | 3. *morte adquiescebat* wie Cic. Mil. § 102 *qui maxime P. Clodii morte acquieverunt*, Curt. 6, 10, 9 *maligna est calamitas et fere noxius, cum suo supplicio crucietur, adquiescit alieno.* | 5. *Germanicos.* Diesen Beinamen führte der ältere Drusus nebst seinen Söhnen Germanicus und Claudius, dem Vater der Octavia. | *communes* ist hinzugefügt, weil auch Nero durch Adoption zur Familie der Claudier gehörte. | 8. *pressus* 'zurückgedrängt', wie 15, 64 *obligant brachia, premunt sanguinem.* | *labebatur* vom Rinnen des Blutes nach Analogie der dichterischen Wendungen: *aqua, flumen, oleum, lacrima labitur.* | 9. *additurque — quod* 'es ward noch als ärgere Roheit hinzugefügt, dafs'. | 11. *quem ad finem memorabimus?* 'wie lange noch (wie oft noch) werde ich (soll ich) das erwähnen?', s. zu Kp. 52, 11. | 13. *praesumptum habeant = cogitatione praesumant* 'sie mögen im voraus d. h. ein für allemal überzeugt sein'. Vgl. 12, 41 *ac perinde fortunam utriusque praesumeret*, Verg. Aen. 11, 18 *arma parate animis et spe praesumite bellum.* | *fugas* statt *exilia* s. zu 3, 24, 6 *adulterosque earum morte aut fuga punivit.* | Der Plural *fugae* auch Agr. 45, hist. 5, 24 wie bei Klassikern. | 17. *postremum* 'das Äufserste im Schlechten' auch bei Cicero z. B. Phil. 2, 44, 113 *servitus postremum malorum omnium.*

65. 2. Über *creditus est* mit dem Infinitiv s. zu Kp. 48, 7. | Doryphorus hatte nach Callistus das Amt *a libellis,* die Entgegennahme der Bittschriften. Nero, der ihm fünf Millionen Sesterze geschenkt, wollte ihn jetzt wohl, wie den Pallas, beerben. | *quasi* hat, wie das folgende *quod,* kausalen Sinn: 'weil er angeblich'. | 3. *detineret* 'festhielte, ihm vorenthielte', als ob Nero, sein Patronus, ein Recht auf baldige Besitznahme hätte. Nach der *lex Papia* vom Jahre 9 n. Chr. bekam der Patronus, wenn das Vermögen des verstorbenen Freigelassenen 100 000 Sesterze oder mehr betrug und der Erblasser weniger als drei Kinder hinterliefs, gleichen Anteil mit den Kindern (*portio virilis*). Waren drei oder mehr Kinder da, so bekam er nichts. | 4. Romanus, wahrscheinlich auch

Pisonis socium, sed validius a Seneca eodem crimine perculsus est. unde Pisoni timor et orta insidiarum in Neronem magna moles et inprospera.

Freigelassener des Kaisers, ist sonst nicht bekannt. | 5. *socium*. Er verkehrte also mit Piso, dessen Verschwörung zwar erst im folgenden Buche erzählt wird, der aber bereits verdächtig sein mufste. | 7. *et* statt *sed*, s. zu 1, 13, 8 und vgl. Kp. 15, 16 zu *maerens Burrus ac laudans*.

Fünfzehntes Buch.

Inhalt.

Das Jahr 62 n. Chr. Der Partherkönig Vologeses sendet den Tiridates gegen Tigranes von Armenien 1—2. Corbulo schliefst einen Waffenstillstand mit Vologeses 3—5. Caesennius Paetus, zur Beschützung Armeniens entsandt, wird von den Parthern hart bedrängt und erlangt freien Abzug 5—15. Corbulo zieht ihm entgegen. Armenien wird aufgegeben und der Euphrat als Grenze bestimmt 16—17. Trophäen über die Parther in Rom. Liberalität Neros in der Getreidelieferung 18. Senatsbeschlufs gegen die Scheinadoptationen 19. Die Provinzen sollen nicht mehr ihren Prokonsuln und Proprätoren im römischen Senate Dank abstatten. Erdbeben in Pompeji 20—22.

Das Jahr 63 n. Chr. Dem Nero wird von der Poppaea eine Tochter geboren, die bald stirbt. Thrasea von der Audienz ausgeschlossen 23. Eine parthische Gesandtschaft giebt Aufschlufs über die Lage Armeniens. Corbulo dringt in Armenien ein; Vologeses und Tiridates bitten um eine Unterredung. Der Verabredung gemäfs legt Tiridates das Diadem vor dem Bildnisse des Kaisers nieder und geht nach Rom, um sich von Nero mit dem Königreich Armenien belehnen zu lassen 24—31. Die Bewohner der See-Alpen erhalten das ius Latii. Gladiatorenkämpfe. Die Ritter bekommen abgesonderte Plätze im Cirkus 32.

Das Jahr 64 n. Chr. Nero tritt in Neapel als Citherspieler auf, besucht in Benevent ein Gladiatorenspiel, zwingt den Torquatus Silanus zum Selbstmord 33—35. Dann kehrt er nach Rom zurück, um von dort seine Kunstreise nach dem Orient anzutreten. Sein Schrecken im Vestatempel. Der Reiseplan wird aufgegeben. Üppige kaiserliche Gastmähler, von Tigellinus angeordnet. Neros Hochzeit mit dem Pythagoras 36—37. Der Brand Roms. Das goldene Haus. Neubau der Stadt 38—43. Die Christen werden der Brandstiftung angeklagt und grausam verfolgt 44. Gelderpressung in Italien und den Provinzen. Senecas Leben wird bedroht 45. Die Gladiatoren in Praeneste. Schiffbruch der Kriegsflotte bei Misenum. Prodigien 46—47.

Das Jahr 65 n. Chr. Die Verschwörung des Piso 48. Die Verschworenen. Faenius Rufus, Präfekt der Prätorianer, schliefst sich ihnen an 49—50. Epicharis will die Flotte aufwiegeln, wird aber verraten 51. Wie die Ermordung des Nero ausgeführt werden soll 52—53. Scaevinus wird von seinem Sklaven Milichus denunziert 54. Geständnisse des Natalis und Lucanus 55—56. Epicharis wird gefoltert, gesteht aber nichts 57. Nero verhört die Angeklagten 58. Tod des Piso 59, des Lateranus und Seneca 60—65. Rufus wird verraten 66. Tod des Subrius, Asper, Rufus und anderer. Der Konsul Vestinus, obwohl unschuldig, wird ebenfalls verurteilt und getötet 67—69. Bestrafung des Lucanus, Senecio, Quintianus, Scaevinus 70. Erheuchelte Freude in Rom. Belohnung der Denunzianten. Zahlreiche Absetzungen und Verbannungen 71. Erteilung der Insignien des Triumphes und des Konsulates 72. Nero sucht sich vor dem Senat zu rechtfertigen. Junius Gallio wird erfolglos angeklagt 73. Freudenbezeugung des Senates für die Rettung des Kaisers 74.

Interea rex Parthorum Vologeses cognitis Corbulonis rebus 1
regemque alienigenam Tigranen Armeniae impositum, simul fratre Tiridate pulso spretum Arsacidarum fastigium ire ultum volens, magnitudine rursum Romana et continui foederis reverentia diversas ad curas trahebatur, cunctator ingenio et defectione Hyrcanorum, gentis validae, multisque ex eo bellis inligatus. atque illum ambiguum novus insuper nuntius contumeliae exstimulat: quippe egressus Armenia Tigranes Adiabenos, conterminam nationem, latius ac diutius quam per latrocinia vastaverat, idque primores gentium aegre tolerabant: eo contemptionis descensum, ut ne duce quidem Romano incursarentur, sed temeritate obsidis tot per annos inter mancipia habiti. accendebat dolorem eorum Monobazus, quem

1. 1. Nach 14, 25 war Vologeses durch einen Krieg mit den Hyrkanern beschäftigt. Corbulo hatte im J. 60 den Tiridates aus Grofs-Armenien verdrängt und dem Kappadokier Tigranes einen Teil dieses Landes übergeben. 14, 26. | 3. *ire ultum,* wie Kp. 49; 12, 45, s. zu 4, 73, 19. | 4. *volens* als eigentliches Particip (nicht Adjektiv) ist auch im silbernen Latein höchst selten. | *continui foederis,* insofern seit der Zeit des Augustus die Parther und Römer scheinbar Frieden gehalten und nur indirekt sich angefeindet hatten. | 5. *cunctator ingenio* wie hist. 2, 25 *cunctator natura.* | 6. *ex eo,* trotzdem *defectione* vorhergeht, gerade wie 12, 43 *orta ex eo fames*, obwohl *egestas* vorhergeht, s. zu 6, 8, 2. | *bellis inligatus* wie hist. 3, 46 *externo bello inligari.* | 7. *novus insuper nuntius contumeliae,* Enallage für *novae contumeliae*, s. zu 14, 16, 6. | 8. *Adiabenos.* S. zu 12, 13. | 10. *vastare aliquem* statt *terram alicuius*, vgl. Z. 12 *incursarentur* und s. zu 14, 23, 14. | 11. *eo* mit dem Genetiv, nachklassisch. S. Einl. § 41. | 12. *obsidis,* weil Tigranes lange als Geisel in Rom gelebt hatte, *usque ad servilem patientiam demissus* (14, 26). | 13. *Monobazus* war seinem Bruder, dem Juden Izates, auf den Thron gefolgt.

penes Adiabenum regimen, quod praesidium aut unde peteret, rogitans. iam de Armenia concessum, proxima trahi; et nisi defendant Parthi, levius servitium apud Romanos deditis quam captis esse. Tiridates quoque regni profugus per silentium aut modice querendo gravior erat: non enim ignavia magna imperia contineri; virorum armorumque faciendum certamen; id in summa fortuna aequius, quod validius, et sua retinere privatae domus, de alienis certare regiam laudem esse.

2 Igitur commotus his Vologeses concilium vocat et proximum sibi Tiridaten constituit atque ita orditur: 'hunc ego eodem mecum patre genitum, cum mihi per aetatem summo nomine concessisset, in possessionem Armeniae deduxi, qui tertius potentiae gradus habetur: nam Medos Pacorus ante ceperat. videbarque contra vetera fratrum odia et certamina familiae nostrae penates rite composuisse. prohibent Romani et pacem numquam ipsis prospere lacessitam nunc quoque in exitium suum abrumpunt. non ibo infitias: aequitate quam sanguine, causa quam armis retinere parta maioribus malueram. si cunctatione deliqui, virtute corrigam. vestra quidem vis et gloria *in* integro est, addita modestiae fama, quae neque summis mortalium spernenda est et a dis aestimatur.' simul diademate caput Tiridatis evinxit, promptam equitum manum, quae regem ex more sectatur, Monaesi nobili viro tradidit, adiectis Adiabenorum auxiliis, mandavitque Tigranen Armenia extur-

---

15. *trahi* 'werde nachgezogen, folge nach' wie Germ. 36 *tracti ruina Cheruscorum et Fosi, contermina gens.* | 17. *profugus* mit dem Genetiv, bei Tac. ἅπ. εἰρ., auch bei Plin. n. h. 7 § 104 *bis vinculorum eius* (sc. *Hannibalis*) *profugus*, Flor. 3, 22, 2 *exsul et profugus feralis illius tabulae.* | 18. *gravior,* um so einflufsreicher, je leiser er vorging.

2. 1. Unter *concilium* ist wohl kein Senat oder Ministerrat, sondern ein Kriegsrat zu verstehen. | 2. *hunc ego* wie 4, 20, allgemein beliebte Pronominalparataxe. | 4. *deduxi,* im Jahre 51. | 5. Vor *nam* erg.: die Meder kamen für Tiridates nicht in Betracht, s. zu 14, 11, 9. | 6. *contra* 'gegenüber'. | *vetera fratrum odia* dasselbe wie 13, 17, 5 *antiquas fratrum discordias.* | 7. *pacem — abrumpunt* nach Verg. Aen. 3, 55 *fas omne abrumpit.* | 10. *causa* ('mit dem in der Sache begründeten Recht') *quam armis* wie 13, 37 *causa quam vi.* | 10. *malueram* 'ich hätte lieber gewollt', vgl. Cic. ad Att. 2, 19, 3 *equidem malueram . . . silentio transiri,* ad fam. 7, 3, 6 *haec tecum coram malueram,* Ov. am. 3, 12, 19 *nec tamen . . . malueram verbis pondus abesse meis,* Lucan. 8, 521 *feriam tua viscera, Magne; malueram soceri.* (Dafür der Konjunktiv Suet. Vesp. 8 *maluissem allium oboluisses,* Gell. 13, 21, 1 *equidem maluissem vos togatos esse*). Ähnlich Cic. de off. 1, 23, 81 *nec committere, ut aliquando dicendum sit: 'non putaram'*, Val. Max. 7, 2, 2 *Scipio Africanus turpe esse aiebat in re militari dicere 'non putaram',* Sen. de ira 2, 31, 4 *turpissimam aiebat Fabius imperatori excusationem esse 'non putavi'.* | 13. *aestimatur* '(die) gewogen wird', s. zu 13, 17, 6. | 14. *evinxit,* wie 6, 42 *Tiridaten insigni regio evinxit,* nach Verg. Aen. 5, 774 *evinctus foliis oliva caput.* | 16. *mandare* mit dem Acc. c. Inf. Gerundivi wie Justin. 5, 2, 4 *cum principes (Alcibiadem) interficiendum insidiis mandassent,* Suet. Caes. 26 *gladiatores vi*

bandum, dum ipse positis adversus Hyrcanos discordiis vires intimas molemque belli ciet, provinciis Romanis minitans.

Quae ubi Corbuloni certis nuntiis audita sunt, legiones 3
duas cum Verulano Severo et Vettio Bolano subsidium Tigrani mittit, occulto praecepto, compositius cuncta quam festinantius agerent: quippe bellum habere quam gerere malebat. scripseratque Caesari proprio duce opus esse, qui Armeniam defenderet: Suriam ingruente Vologese acriore in discrimine esse. atque interim reliquas legiones pro ripa Euphratis locat, tumultuarium provincialium manum armat, hostiles ingressus praesidiis intercipit. et quia egena aquarum regio est, castella fontibus inposita; quosdam rivos congestu harenae abdidit.

Ea dum a Corbulone tuendae Suriae parantur, acto raptim 4
agmine Monaeses, ut famam sui praeiret, non ideo nescium aut incautum Tigranen offendit. occupaverat Tigranocertam, urbem copia defensorum et magnitudine moenium validam. ad hoc Nicephorius amnis haud spernenda latitudine partem murorum ambit, et ducta ingens fossa, qua fluvio diffidebatur. inerantque milites et provisi ante commeatus, quorum subvectu pauci avidius progressi et repentinis hostibus circumventi ira magis quam metu ceteros accenderant. sed Partho ad exse-

---

rapiendos reservandosque mandabat. So steht *suadere* einmal bei Tac. mit dem Gerundivum: ann. 12, 6 *quando maritandum principem cuncti suaderent.* | 18. *molem belli ciere* auch hist. 3, 1. Aufserdem *moles belli* d. i. 'die Hauptmacht' hist. 1, 61; 2, 6. 16 und sonst, schon Liv. 7, 29, 5. 32, 3.

3. 2. Über Verulanus s. zu 14, 26. | Vettius, später unter Nero Konsul, ist von 69 bis 71 Statthalter von Britannien, wo er zu nachgiebig auftritt, endlich Prokonsul von Asia. | 4. *habere quam gerere.* Obgleich er die Gefahr eines Treffens vermied, so wünschte er doch, dafs der Krieg fortdauerte, weil er dadurch im Besitz einer grofsen Heeresmacht blieb. Einen ähnlichen Gedanken spricht Tac. hist. 4, 34 aus: *corrupta totiens victoria non falso suspectus bellum malle.* | 6. *ingruere* mit persönlichem Subjekte s. zu 1, 27, 9. | 7. *pro* 'vorne auf', s. zu 12, 29, 10. | *tumultuarium* 'eilig zusammengerafft' wie 1, 56 u. a. | 8. *hostiles ingressus intercipit,* nach *loca, iter intercipere* (Liv.) gebildet, wenn man nicht *hostiles ingressus* = *hostes ingredientes* setzen will, wie Nipperdey-Andresen thun.

4. 2. *famam sui* auch Kp. 49; 2, 13; hist. 3, 3, Nep. Lys. 1, 1 *magnam reliquit sui famam.* | *praeire* 'vorangehen', mit dem Accusativ nur hier und 2, 83; 6, 21. | 4. *ad hoc* 'dazu noch, aufserdem', wie 12, 34. | 5. Der Nicephorius ist ein Nebenflufs des oberen Tigris. | 6. *ambit*; vgl. Kp. 43 *propriis quaeque muris ambirentur*, Germ. 1 *cetera Oceanus ambit.* | *qua fluvio diffidebatur* d. h. wo der Flufs nicht genügende Sicherheit bot. Unpersönlich steht das Verbum auch hist. 1, 31 *legioni classicae diffidebatur.* | 7. *milites*, nämlich die 1000 Mann Linientruppen, drei Kohorten der Bundesgenossen und zwei *alae equitum,* die Corbulo seit dem J. 60 dort stationiert hatte. | *subvectus* im Sinne von '(Anfahrt), Zufuhr' nur hier, im Sinne von 'Hinfahrt' bei Cassiodor hist. eccl. 5, 17 *cursus publicus non sufficit subvectui episcoporum.* | 8. *repentinis hostibus circumventi*, s. 6, 44, 8 zu *simul fama atque ipso Artabano perculsus.* | 9. *sed Partho* ctt.

quendas obsidiones nulla comminus audacia: raris sagittis neque clausos exterret et semet frustratur. Adiabeni cum promovere scalas et machinamenta inciperent, facile detrusi, mox erumpentibus nostris caeduntur.

5 Corbulo tamen, quamvis secundis rebus suis, moderandum fortunae ratus misit ad Vologesen, qui expostularent vim provinciae inlatam: socium amicumque regem, cohortes Romanas circumsideri. omitteret potius obsidionem, aut se quoque in agro hostili castra positurum. Casperius centurio in eam legationem delectus apud oppidum Nisibin, septem et triginta milibus passuum a Tigranocerta distantem, adiit regem et mandata ferociter edidit. Vologesi vetus et penitus infixum erat arma Romana vitanda, nec praesentia prospere fluebant. inritum obsidium, tutus manu et copiis Tigranes, fugati, qui expugnationem sumpserant, missae in Armeniam legiones, et aliae pro Suria paratae ultro inrumpere; sibi inbecillum equitem pabuli inopia: nam exorta vis locustarum ambederat, quidquid herbidum aut frondosum. igitur metu abstruso mitiora obtendens, missurum ad imperatorem Romanum legatos super petenda Armenia et firmanda pace respondet. Monaesen omittere Tigranocertam iubet, ipse retro concedit.

6 Haec plures ut formidine regis et Corbulonis minis patrata ac magnifica extollebant. alii occulte pepigisse interpretabantur, ut omisso utrimque bello et abeunte Vologese Tigranes quoque Armenia abscederet. cur enim exercitum Ro-

---

Dies bestätigt Justin 41, 2, 7 *comminus in acie proeliari aut obsessas expugnare urbes nesciunt.*

5. 4. *potius* beruht auf der Vermischung zweier Konstruktionen: wenn *potius* gesetzt werden sollte, mufste streng genommen *aut — positurum* fehlen, oder wenn das letztere nicht fehlen sollte, mufste *potius* geopfert werden, so dafs blofs (*aut*) *aut* 'sonst' blieb. Vgl. zu *aut* 13, 21, 17 *aut existat.* | 5. Casperius ist schon 12, 45 erwähnt. | 6. Nisibis lag südlich von Tigranocerta, in der Landschaft Mygdonia. | 8. *ferociter* 'herzhaften Sinnes, mit starkem Selbstgefühl', vgl. hist. 4, 71 *ferocia verborum militem incendebat.* | *edidit* 'richtete aus' wie Kp. 60 *epulanti mandata imperatoris edidit,* hist. 4, 64 *mandata edi iubent.* Ähnlich schon Cic. de div. 2 § 3 *quibus rebus editis* (= *prolatis*), de or. 1 § 120, 2 § 325, 3 § 228. | 9. *fluebant,* wie dial. 5 *rebus prospere fluentibus,* hist. 3, 48 *cunctis super* (*supra?*) *vota fluentibus,* Sall. hist. fr. inc. 70 Kr., 101 D. und aus ihm Justin 23, 3, 12 *rebus supra vota fluentibus,* Cic. off. 1 § 90 *in rebus prosperis et ad voluntatem nostram fluentibus.* | 10. *manus et copiae* 'Truppen und Vorräte'. | 11. *sumpserant* statt *susceperant* wie 2, 4. 45 u. a. | *legiones et aliae* für *aliae legiones, aliae* s. zu 1, 63, 21. | 12. *pro* 'vorne in' d. h. an der Grenze, wie Kp. 3 *pro ripa.* | Über die Auslassung des Verb. dicendi bei *sibi inbecillum* s. Einl. § 21. | 13. *ambederat.* Vgl. *ambēst* Paul. ex Fest. 4, 15, *ambesas mensas* Verg. Aen. 3, 257: ein altes, aber seltenes Wort. | 14. *abstruso.* S. 3, 6, 9 zu *abstruserint tristitiam.* | 15. *super* statt *de.* S. Einl. § 55.

6. 4. Tigranes ward nicht wieder auf den Thron gesetzt. Seinem Sohn Alexander gab Vespasian eine kleine Herrschaft in Cilicien. | *absce-*

manum a Tigranocertis deductum? cur deserta per otium, quae bello defenderant? an melius hibernavisse in extrema Cappadocia, raptim erectis tuguriis, quam in sede regni modo retenti? dilata prorsus arma, ut Vologeses cum alio quam cum Corbulone certaret, Corbulo meritae tot per annos gloriae non ultra periculum faceret. nam, ut rettuli, proprium ducem tuendae Armeniae poposcerat, et adventare Caesennius Paetus audiebatur. iamque aderat, copiis ita divisis, ut quarta et duodecima legiones addita quinta, quae recens e Moesis excita erat, simul Pontica et Galatarum Cappadocumque auxilia Paeto oboedirent, tertia et sexta et decuma legiones priorque Suriae miles apud Corbulonem manerent; cetera ex rerum usu sociarent partirenturve. sed neque Corbulo aemuli patiens, et Paetus, cui satis ad gloriam erat, si proximus haberetur, despiciebat gesta, nihil caedis aut praedae, usurpatas nomine tenus urbium expugnationes dictitans: se tributa ac leges et pro umbra regis Romanum ius victis impositurum.

Sub idem tempus legati Vologesis, quos ad principem 7 missos memoravi, revertere inriti bellumque propalam sumptum a Parthis. nec Paetus detrectavit, sed duabus legionibus, quarum quartam Funisulanus Vettonianus eo in tempore, duodecumam Calavius Sabinus regebant, Armeniam intrat tristi omine. nam in transgressu Euphratis, quem ponte tramittebant, nulla palam causa turbatus equus, qui consularia insignia

---

deret ohne Präp. s. zu 13, 7, 8. | 6. *defenderant* trotz or. obl., s. zu 1, 10, 8. | 9. *meritae* 'erworben'. Vgl. Agr. 4 *iram meritus,* hist. 2, 37 *quod gloriam nomenque — meruisset.* 3, 86 *amicitias.* So schon bei Klassikern: Caes. B. G. 6, 5, 2 *ex eo quod meruerat odio,* und vom Gelderwerb bei Cic. p. Rosc. com. 10, 28. | 10. *non* statt *ne,* s. zu 4, 48, 9 und vgl. 13, 40, 10. | *ut rettuli,* Kp. 3 *proprio duce opus esse.* | 11. Über Caesennius s. zu 14, 29. Er war im J. 61 Konsul gewesen. | 12. *audiebatur* mit Nom. c. inf., doch Kp. 9 *donec adventare Vologesen auditum,* s. Einl. § 82, a. | 15. *priorque* ctt. d. h. die früher dort gewesen waren. | 19. *usurpatas* 'ausgeübt, vollzogen', s. 14, 26, 5. | *nomine tenus* 'nur zum Scheine'. Kp. 45 *ore tenus* 'nur mit Worten'. *verbo tenus* Cic. und Livius. | 21. *umbra* in derselben Bedeutung auch bei Cic. p. Rab. Post. 15, 41 *umbram equitis Romani et imaginem videtis.*

7. 2. *memoravi.* Es ist Kp. 5 nur gesagt: *missurum — legatos.* Die Erfüllung dieses Versprechens wird als geschehen vorausgesetzt. | 4. Funisulanus kommt noch im J. 85 als Statthalter von Pannonien vor. | *eo in tempore* auch 11, 29, *in eo tempore* 13, 47. | 5. Calavius ist sonst unbekannt. | Der Plural *regebant* statt des Singulars ist Taciteische Manier, wie 12, 41 *Britannicus in praetexta, Nero triumphali veste travecti sunt.* S. zu 3, 62, 2. | *tristis* 'unglückverheifsend', wohl ursprünglich ein sakraler Ausdruck, das Gegenteil *laetus* 'glückverheifsend', vgl. hist. 1, 62 *laetum augurium.* | 6. *transgressu,* vielleicht bei Melitene im östlichen Cappadocien, wo auch Kp. 26 ein Übergang stattfindet. | 7. *nulla palam causa* 'ohne ersichtlichen Grund', s. zu 11, 22, 1. | *equus qui* ctt. Es ist der *equus phaleratus,* bei Dionys. von Halikarn. *ἵππος φαλάροις κεκοσμημένος,* ein Paradepferd.

gestabat, retro evasit. hostiaque, quae muniebantur, hibernaculis adsistens semifacta opera fuga perrupit seque vallo extulit. et pila militum arsere magis insigni prodigio, quia Parthus hostis missilibus telis decertat.

8 Ceterum Paetus spretis ominibus necdum satis firmatis hibernaculis, nullo rei frumentariae provisu, rapit exercitum trans montem Taurum reciperandis, ut ferebat, Tigranocertis vastandisque regionibus, quas Corbulo integras omisisset. et capta quaedam castella gloriaeque et praedae nonnihil partum, si aut gloriam cum modo aut praedam cum cura habuisset. *sed* longinquis itineribus percursando quae obtineri nequibant, corrupto qui captus erat commeatu et instante iam hieme, reduxit exercitum conposuitque ad Caesarem litteras quasi confecto bello, verbis magnificis, rerum vacuas.

9 Interim Corbulo nunquam neglectam Euphratis ripam crebrioribus praesidiis insedit; et ne ponti iniciendo impedimentum hostiles turmae adferrent (iam enim subiectis campis magna specie volitabant), naves magnitudine praestantes et conexas trabibus ac turribus auctas agit per amnem catapultisque et balistis proturbat barbaros, in quos saxa et hastae longius permeabant, quam ut contrario sagittarum iactu adaequarentur. dein pons continuatus collesque adversi per socias cohortes, post legionum castris occupantur, tanta celeritate et ostentatione virium, ut Parthi omisso paratu invadendae Suriae

---

8. *quae muniebantur hibernaculis* hier höchst auffällige Stellung. | 9. Ein ähnliches Prodigium erzählt Liv. 21, 63, 13 *vitulus iam ictus e manibus sacrificantium sese cum proripuisset.* Es galt als ein übles Vorzeichen. | 10. *pila — arsere.* Das St. Elmsfeuer auf den Spitzen der Waffen wird von Livius öfter unter den Prodigien aufgeführt. Ebenso 12, 64 *signa ac tentoria militum igni caelesti arsere.* Übrigens bildet *magis insigni prodigio* das logische Prädikat 'und dafs ..., war ein noch auffälligeres Zeichen', s. zu 14, 48, 17.

8. 2. *rapit = raptim ducere,* s. zu 1, 56, 6. | 3. *ut ferebat* 'wie er sagte', vgl. 4, 40, 22 *non occulti ferunt,* 6, 49, 8 *quamquam . . . aliaque in eundem dolorem maesta et miseranda diu ferret.* | 5. *praedae nonnihil partum* sc. *erat* (thatsächlich), *si — habuisset* 'wenn nur' oder 'leider nur nicht' vgl. Cic. pro Flacc. § 15 *o morem praeclarum, si quidem teneremus! sed nescio quo pacto iam de manibus elabitur* und s. C. F. W. Müller zu de off. 3 § 44 *itaque praeclarum a maioribus accepimus morem rogandi iudicis, si eum teneremus.* | 7. *percursando* statt *percursans,* wie 14, 31 *servos appellando,* 6, 38 *mentem obiectando* u. a. | 8. *hieme.* Es ist der Winter von 62 auf 63. | 10. *rerum vacuus.* Der Genetiv wie Sall. Jug. 90, 1 *ager . . . frugum vacuus.*

9. 3. Die Worte *subiectis — volitabant* können, wenn man schlecht betont, als ein Hexameter gelesen werden. Vgl. zu 1, 1. | 4. *naves.* Diese Fahrzeuge, schwimmenden Batterieen vergleichbar, legen sich vor den Brückenbau, um die Arbeiter gegen die feindlichen Geschosse zu sichern. | 5. *auctas* 'verstärkt', vgl. hist. 4, 34 *vallum turrisque castrorum augebat,* Kp. 65 *muros civitatis augere nobis quam diruere tutius est.* | 6. *hastae,* grofse Wurfspeere aus den Maschinen. | 10. *ostentatio* 'ostentative Entfaltung'. | *paratus* statt *apparatus* s. 3, 52, 5.

spem omnem in Armeniam verterent, ubi Paetus imminentium nescius quintam legionem procul in Ponto habebat, reliquas promiscis militum commeatibus infirmaverat, donec adventare Vologesen magno et infenso agmine auditum.

Accitur legio duodecuma, et unde famam aucti exercitus 10
speraverat, prodita infrequentia, qua tamen retineri castra et eludi Parthus tractu belli poterat, si Paeto aut in suis aut in alienis consiliis constantia fuisset. verum ubi a viris militaribus adversus urgentes casus firmatus erat, rursus, ne alienae sententiae indigens videretur, in diversa ac deteriora transibat. et tunc relictis hibernis non fossam neque vallum sibi, sed corpora et arma in hostem data clamitans, duxit legiones quasi proelio certaturus. deinde amisso centurione et paucis militibus, quos visendis hostium copiis praemiserat, trepidus remeavit. et quia minus acriter Vologeses institerat, vana rursus fiducia tria milia delecti peditis proximo Tauri iugo imposuit, quo transitum regis arcerent; alares quoque Pannonios, robur equitatus, in parte campi locat. coniunx ac filius castello, cui Arsamosata nomen est, abditi, data in praesidium cohorte ac disperso milite, qui in uno habitus vagum hostem promptius sustentavisset. aegre compulsum ferunt, ut instantem Corbuloni fateretur. nec a Corbulone properatum, quo gliscentibus periculis etiam subsidii laus augeretur. expediri tamen itineri singula milia ex tribus legionibus et alarios octingentos, parem numerum e cohortibus iussit.

At Vologeses, quamvis obsessa a Paeto itinera hinc pedi- 11
tatu inde equite accepisset, nihil mutato consilio, sed vi ac minis alares exterruit, legionarios obtrivit, uno tantum centurione Tarquitio Crescente turrim, in qua praesidium agitabat,

---

10. 1. Nach Dio ward Paetus in 'Ῥάνδεια am Arsanias, Nebenfluſs des Euphrat, von den Parthern belagert. | 2. *infrequentia*. Jetzt, wo er alle Truppen vereinigt hatte, erkannte der Feind erst recht ihre numerische Schwäche. | 3. *tractu* vgl. Kp. 64 *durante tractu et lentitudine mortis*. | *in* 'in betreff', s. 2, 41, 13. | 4. *viri militares (hommes de guerre)* 4, 42; Liv. 10, 24, 4. | 5. *firmatus* = *confirmatus* wie 1, 6 *firmatus animo*. | *ne — videretur*, vgl. zu dem Gedanken hist. 1, 26 *(Laco) consilii quamvis egregii, quod non ipse adferret, inimicus*. | 8. *quasi* ... *certaturus* ὡς μαχούμενος. S. Einl. § 95. | 13. *quo* sc. *iugo*. | *alares* sind Reiter von Bundesgenossen. | 15. Arsamosata lag in der Nähe, am linken Ufer des Arsanias. | *cohorte*, ebenso, wie oben *alares*, aus Bundesgenossen bestehend. | 17. Bei *instantem* ist *hostem* aus dem vorigen zu ergänzen.

11. 1. *quamvis*, ein Faktum bezeichnend, s. zu 1, 68, 17. | 2. *sed* steht zwar logisch richtig, aber ungrammatisch, denn entweder müſste voraufgehen *mutavit consilium*, oder es müſste zu *vi ac minis* ein Particip, etwa *usus*, hinzugefügt sein. Verwandt damit ist die ungrammatische Parataxe durch *et*, s. Einl. § 120, b. | 3. Chiastisch gehört *exterruit* zu *minis*, *obtrivit* zu *vi*. *obtrivit* 'zermalmte, rieb auf' wie 16, 5, hist. 4, 76, Agr. 18, nach dem Vorgange des Liv. 30, 5, 10 *in angustiis portarum obtriti sunt*.

defendere auso factaque saepius eruptione et caesis, qui barbarorum propius suggrediebantur, donec ignium iactu circumveniretur. peditum si quis integer longinqua et avia, vulnerati castra repetivere, virtutem regis, saevitiam et copias gentium, cuncta metu extollentes, facili credulitate eorum, qui eadem pavebant. ne dux quidem obniti adversis, sed cuncta militiae munia deseruerat, missis iterum ad Corbulonem precibus, veniret propere, signa et aquilas et nomen reliquum infelicis exercitus tueretur, se fidem interim, donec vita suppeditet, retenturos.

12 Ille interritus et parte copiarum apud Suriam relicta, ut munimenta Euphrati inposita retinerentur, qua proximum et commeatibus non egenum, regionem Commagenam, exin Cappadociam, inde Armenios petivit. comitabantur exercitum praeter alia sueta bello magna vis camelorum onusta frumenti, ut simul hostem famemque depelleret. primum e perculsis Paccium primi pili centurionem obvium habuit, dein plerosque militum; quos diversas fugae causas obtendentes redire ad signa et clementiam Paeti experiri monebat: se nisi victoribus immitem esse. simul suas legiones adire, hortari, priorum admonere, novam gloriam ostendere. non vicos aut oppida Armeniorum, sed castra Romana duasque in iis legiones pretium laboris peti. si singulis manipularibus praecipua servati civis corona imperatoria manu tribueretur, quod illud et quantum decus, ubi par eorum numerus apisceretur, qui adtulissent salutem, ei, qui

---

5. *auso* absoluter Ablativ mit Inf. Vergleichbar 12, 32 *non ausis aciem hostibus.* | 8. In *repetivere* liegt ein Zeugma, da zu *longinqua et avia* nur *petivere* paſst. | 12. *nomen reliquum infelicis exercitus* 'das unglückliche Heer, von dem nur der bloſse Name übrig, das Schattenbild des unglücklichen Heeres'. *nomen* im Gegensatz zur Sache wie hist. 4, 14 *inania legionum nomina ne pavescerent,* wo *inania* auch hätte fehlen und *nomen* gesetzt werden können.

12. 1. Über die unklassische Koordination mit *et* s. Einl. § 120, b. | *apud* 'in'. | 2. *qua proximum et c. n. egenum* sc. *fuit.* Wenn nicht hinter *proximum* mit Madvig *iter* einzusetzen ist, so hat der Schriftsteller das unpersönliche *egenum (fuit),* das ohne Beispiel ist, dem *qua proximum (fuit)* zuliebe gesetzt, das von Livius 5, 46, 9; 35, 22, 3; 37, 37, 4 gebraucht und zweimal von Tac. variiert wird: hist. 3, 16 *ut, qua cuique proximum, proelio occurreret,* 4, 28 *ut cuique proximum, vastari Ubios — iubet.* | 3. *egenus* mit dem Ablativ nur hier. | Kommagene lag zwischen Syrien und Cappadocien. | 6. Paccius wird derselbe sein, der auch 13, 36 als Ausreiſser erwähnt ist und wegen Feigheit den Rang eines *primipilaris* verloren hat. | 8. *(clementiam) experiri* 'versuchen d. h. es ankommen lassen auf' vgl. 12, 18 *consultat, cuius misericordiam experiretur,* hist. 2, 31 *trahi bellum an fortunam experiri placeret,* Caes. B. G. 1, 31, 14 *fortunam, quaecumque accidat, experiantur.* | 9. *nisi* 'auſser, nur' wegen des negativen *immitem,* doch auch ohne Negation hist. 4, 16 *ad postremum gubernatores centurionesque nisi eadem volentis trucidant.* | 13. *praecipua* prädikativ 'als etwas Besonderes'. | 14. *ubi par eorum — accepissent* d. h. wenn die Zahl der also dekorierten Retter gliche der Zahl der Ge-

accepissent! his atque talibus in commune alacres (et erant quos pericula fratrum aut propinquorum propriis stimulis incenderent) continuum diu noctuque iter properabant.

Eoque intentius Vologeses premere obsessos, modo vallum 13
legionum, modo castellum, quo inbellis aetas defendebatur, adpugnare, propius incedens quam mos Parthis, si ea temeritate hostem in proelium eliceret. at illi vix contuberniis extracti, nec aliud quam munimenta propugnabant, pars iussu ducis, et alii propria ignavia aut Corbulonem opperientes, ac vis *si* ingrueret, provisis exemplis *pacis* Caudinae Numantinaeque; neque eandem vim Samnitibus, Italico populo, aut Hispanis *quam Parthis,* Romani imperii aemulis. validam quoque et laudatam antiquitatem, quotiens fortuna contra daret, saluti consuluisse. qua desperatione exercitus dux subactus primas tamen litteras ad Vologesen non supplices, sed in modum querentis composuit, quod pro Armeniis semper Romanae dicionis aut subiectis regi, quem imperator delegisset, hostilia faceret: pacem ex aequo utilem; ne praesentia tantum spectaret. ipsum adversus duas legiones totis regni viribus advenisse: at Romanis orbem terrarum reliquum, quo bellum iuvarent.

Ad ea Vologeses nihil pro causa, sed opperiendos sibi 14
fratres Pacorum ac Tiridaten rescripsit; illum locum tempusque consilio destinatum, quid de Armenia cernerent; adiecisse deos dignum Arsacidarum, simul ut de legionibus Romanis

---

retteten, nämlich Legion oder vielmehr zwei Legionen wäre, *ei* sc. *numero* = *eorum numero* abhängig von *par*. | 16. *in commune alacres,* vgl. Agr. 12 *in commune consulere,* hist. 2, 54 *in commune congressi* u. a., vorbereitet durch Cic. pro Quinct. § 12 *in commune conferre.* | 18. *diu* statt *die* mit *noctu* verbunden, bei Tac. noch hist. 2, 5 nach Sall. Jug. 38, 3; 44, 5. | *iter properabant,* s. zu 1, 56, 8.

13. 2. *adpugnare* ist vox Tacitea, auch 2, 81; 4, 48. | 3. *si* 'ob etwa', wie 13, 40 *si laxare ordines — posset.* | 4. *extracti,* scil. *sunt.* Das Perfekt bezeichnet das Resultat. | 5. *nec aliud quam* 'und sie thaten weiter nichts als dafs sie'. S. zu 13, 40, 16 *nec amplius quam — firmaverat.* | *munimenta propugnabant.* Zu dem Acc. vgl. Stat. Theb. 4, 584 *propugnans pectora parma,* Suet. Caes. 23 *propugnaturos absentiam suam,* Cl. Quadr. ann. 1 fr. 12 (bei Gell. 9, 11, 8) *tribunus opera alitis propugnatus.* | *pars — et alii* ist ungebräuchlich. Dafür steht regelrecht, wie schon bei Sallust, *pars — alii* 1, 23; 3, 38. *et alii* durch *aut* in zwei Teile geteilt. | 8. *Italico populo* 'nur einer einzelnen Völkerschaft Italiens'. | 10. *quotiens fortuna contra daret* nur hier und hist. 1, 65 *si fortuna contra daret* 'wenn das Schicksal gegen sie entscheide'. | 14. *ex aequo* 'gleich' s. zu 13, 2, 3.

14. 2. *illum locum* 'hier sei der Ort'. | 3. *cernere* statt *decernere* ist archaistisch z. B. in einem Gesetze bei Cic. de legg. 3, 3, 6 *quodcunque senatus creverit, agunto*: dann Verg. Aen. 12, 709 *cernere ferro.* | 4. *dignum* ist substantiviert, wie 6, 29 *dignum veteribus Aemiliis.* Der Genetiv, wie Balbus ap. Cic. ad Att. 8, 15 A, 1 *suscipe curam et cogitationem dignissimam tuae virtutis,* und *indignus* bei Verg. Aen. 12, 649 *magnorum haud unquam indignus avorum,* Silius 3, 383 *nec dextra* (an Tapferkeit) *indignus avorum.* | *simul,* wie über Armenien.

statuerent. missi posthac Paeto nuntii et regis conloquium petitum, qui Vasacen praefectum equitatus ire iussit. tum Paetus Lucullos, Pompeios et si qua Caesares obtinendae donandaeve Armeniae egerant, Vasaces imaginem retinendi largiendive penes nos, vim penes Parthos memorat. et multum in vicem disceptato, Monabazus Adiabenus in diem posterum testis iis, quae pepigissent, adhibetur. placuitque liberari obsidio legiones et decedere omnem militem finibus Armeniorum castellaque et commeatus Parthis tradi, quibus perpetratis copia Vologesi fieret mittendi ad Neronem legatos.

15 Interim flumini Arsaniae (etenim is castra praefluebat) pontem imposuit, specie sibi illud iter expedientis, sed Parthi quasi documentum victoriae iusserant; namque iis usui fuit, nostri per diversum iere. addidit rumor sub iugum missas legiones et alia ex rebus infaustis, quorum simulacrum ab Armeniis usurpatum est. namque et munimenta ingressi sunt, antequam agmen Romanum excederet, et circumstetere vias, captiva olim mancipia aut iumenta adgnoscentes abstrahentesque. raptae etiam vestes, retenta arma, pavido milite et concedente, ne qua proelii causa existeret. Vologeses armis et corporibus caesorum aggeratis, quo cladem nostram testaretur, visu fugientium legionum abstinuit: fama moderationis quaerebatur, postquam superbiam expleverat. flumen Arsaniam elephanto insidens, proximus quisque regem vi equorum perrupere, quia

---

5. *Paeto* Dativ = *a Paeto*, vgl. Kp. 17 *at Vologesi ad Corbulonem missi nuntii* und s. zu 1, 1, 9. | 7. Lucullus schlug im J. 69 den Tigranes bei Tigranocerta, im J. 68 den Tigranes und Mithridates am Arsanias. Pompejus besiegte 66 den Mithridates, worauf Tigranes sich unterwarf. | Über den Gen. Gerundivi *obtinendae donandaeve Armeniae* den Zweck bezeichnend s. zu 11, 3, 5. | 8. Was die Kaiser in Bezug auf Armenien gethan hatten, ist folgendes: Augustus setzte den Tigranes, dann den Artavasdes und nach diesem den Ariobarzanes auf den Thron, Tiberius den Artaxias III. Caligula liefs den König Mithridates nach Rom kommen und hielt ihn gefangen, Claudius gab ihm sein Reich zurück. Im J. 51 unterstützen die Römer den Thronräuber Radamistus. Seit 58 tritt Corbulo dort gegen den Tiridates auf, und Nero macht den Tigranes zum König. | 11. Zu dem Ausdruck *liberari obsidio legiones* vgl. hist. 4, 23 *ut obpugnatum ultro legiones nostras venirent,* Nep. Pel. 1, 3 *satius ducebant eos (Thebanos) obsideri quam liberari.*

15. 1. Über den Arsanias s. zu Kp. 10. | *praefluere* mit dem Accusativ, s. zu 2, 63, 3. | 2. *quasi documentum* 'zum Beweise', nicht etwa scheinbar, sondern reell. | 4. *per diversum* 'in entgegengesetzter Richtung'. | 5. *(alia) ex rebus infaustis* ist eine Weiterbildung des nach falscher Analogie gebildeten Gen. partitivus *(alia) rerum infaustarum* (s. zu 3, 39, 2); klassisch hiefse es: *alias res infaustas.* | *simulacrum* 'Ähnliches', statt *similia,* vgl. Plaut. Mostell. 89 *hominem quoius rei similem esse arbitrarer simulacrumque habere* ('womit der Mensch Ähnlichkeit hat'). | 7. *captiva* steht für *capta* scil. *a Romanis.* | 8. *adgnoscentes* sc. *ut sua* 'als ihr Eigentum rekognoscierend'. | 11. *aggeratis,* wie 1, 61 *aggerata ossa,* 6, 19; Verg. Georg. 3, 556 *aggerat cadavera.* | 14. Bei den

rumor incesserat pontem cessurum oneri dolo fabricantium: sed qui ingredi ausi sunt, validum et fidum intellexere.

Ceterum obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam 16
constitit, ut horreis ignem inicerent, contraque prodiderit Corbulo Parthos inopes copiarum et pabulo attrito relicturos oppugnationem, neque se plus tridui itinere afuisse. adicit iure iurando Paeti cautum apud signa, adstantibus iis, quos testificando rex misisset, neminem Romanum Armeniam ingressurum, donec referrentur litterae Neronis, an paci adnueret. quae ut augendae infamiae composita, sic reliqua non in obscuro habentur, una die quadraginta milium spatium emensum esse Paetum, desertis passim sauciis, neque minus deformem illam fugientium trepidationem, quam si terga in acie vertissent. Corbulo cum suis copiis apud ripam Euphratis obvius non eam speciem insignium et armorum praetulit, ut diversitatem exprobraret. maesti manipuli ac vicem commilitonum miserantes ne lacrimis quidem temperare; vix prae fletu usurpata consalutatio. decesserat certamen virtutis et ambitio gloriae, felicium hominum adfectus: sola misericordia valebat, et apud minores magis.

Ducum inter se brevis sermo secutus est, hoc conquerente 17
inritum laborem, potuisse bellum fuga Parthorum finiri; ille integra utrique cuncta respondit: converterent aquilas et iuncti invaderent Armeniam abscessu Vologesis infirmatam. non ea

---

Adjektiven *proximus* und *propior* setzt Tac. sonst den Dativ. Häufiger ist der Accusativ (der bei den Adverbien *propius, proxime* nicht auffällt) bei Livius: 29, 7, 6 *proximus eum steterat,* 35, 10, 5 *propior invidiam.* Auch Caes. B. G. 1, 54, 1 *proximi Rhenum,* Sall. Jug. 49, 1 *propior montem,* ibid. § 6 *quod proxumum hostis erat,* Auct. bell. Gall. 8, 9, 4 *propior hostem.*

16. 2. *contraque prodiderit Corbulo* (in seinen Memoiren, die der ältere Plinius citiert) *Parthos inopes ... relicturos* steht für *contraque, ut prodidit Corbulo, Parthi inopes relicturi fuerint.* (Vielleicht aber ist *contraque prodidit* zu schreiben.) | 3. *relicturos* scil. *fuisse,* wie Kp. 67 *consociaturum,* s. zu 2, 31, 10. | 4. *apud signa.* Vor dem Prätorium in dem Hauptgange des Lagers (*principia*) standen die Feldzeichen um einen Altar. | *testificando.* Über den seltenen Dativ des Gerundiums s. zu 13, 11, 7. | 8. *non in obscuro habentur* 'steht aufser Zweifel'; *haberi* fast = *esse,* s. zu 1, 73, 5 und vgl. Kp. 17 *quando in incerto habeantur Parthorum conatus.* | 9. *quadraginta.* Dies war ein Beweis, dafs der Rückzug einer Flucht gleichkam, denn sonst beträgt ein Tagemarsch, das *iustum iter,* nur halb soviel. | 13. Die *insignia* sind nicht Feldzeichen (*signa*) oder Fahnen, sondern Abzeichen an der Rüstung, namentlich wohl am Helm, die man nach Caes. B. G. 2, 21, 5 während des Marsches nicht anlegte. Vgl. 1, 24 *obviae fuere legiones, non laetae, ut adsolet, neque insignibus fulgentes.* | 15. Die militärische *consalutatio* wird hist. 4, 72 (wo die Schilderung sehr ähnlich ist) im Gefühl der Scham und Trauer ganz unterlassen. | *lacrimis temperare,* vgl. 13, 3 *risui temperare.* | 18. *minores* scil. *ordine* 'die Geringeren dem Range nach, die niederen Chargen' mit Einschlufs der Gemeinen.

imperatoris habere mandata Corbulo: periculo legionum commotum e provincia egressum; quando in incerto habeantur Parthorum conatus, Suriam repetiturum: sic quoque optimam fortunam orandam, ut pedes confectus spatiis itinerum alacrem et facilitate camporum praevenientem equitem adsequeretur. exin Paetus per Cappadociam hibernavit: at Vologesi ad Corbulonem missi nuntii, detraheret castella trans Euphraten amnemque, ut olim, medium faceret. ille Armeniam quoque diversis praesidiis vacuam fieri expostulabat. et postremo concessit rex; dirutaque quae Euphraten ultra communiverat Corbulo, et Armenii sine arbitro relicti sunt.

18 At Romae tropaea de Parthis arcusque medio Capitolini montis sistebantur, decreta ab senatu integro adhuc bello neque tum omissa, dum aspectui consulitur spreta conscientia. quin et dissimulandis rerum externarum curis Nero frumentum plebis vetustate corruptum in Tiberim iecit, quo securitatem annonae ostentaret. cuius pretio nihil additum est, quamvis ducentas ferme naves portu in ipso violentia tempestatis et centum alias Tiberi subvectas fortuitus ignis absumpsisset. tris dein consulares, L. Pisonem, Ducenium Geminum, Pompeium Pau-

---

17. 5. *Corbulo* scil. *ait.* Das Verbum konnte ausfallen, weil *respondit* voraufgeht. Vgl. Einl. § 21, c. | 6. *quando* = *quoniam.* S. Einl. § 100. | 7. *sic quoque — orandam* (sc. *a deis*) *ut* 'auch unter diesen Umständen müsse man noch als das beste Glück das erbitten, dafs', s. 4, 7, 11 zu *precandam modestiam* (sc. *Seiano a deis*), *ut contentus esset.* | 9. *facilitas* 'die günstige Beschaffenheit' der Ebenen für die Reiterei der Feinde, die voraussichtlich gegen Syrien zog. *facilitas camporum* beruht auf einer Art Personifikation, wie z. B. 12, 43 *modestia hiemis.* | 10. *per* bezeichnet die Verteilung im Raume, wie 11, 14 *per fora ac templa* und oft. | *Vologesi* = *ab Vologese,* s. zu Kp. 14, 5. | 11. *detraheret* = *dirueret* (Z. 14) 'schleifte' wie hist. 4, 64 *postulamus a vobis, muros coloniae, munimenta servitii, detrahatis.* | 13. *diversis* statt *hostilibus,* wie 13, 57 *diversam aciem* und öfter. | *expostulare* statt *postulare* auch Kp. 53 u. a. Mit Accus. c. inf. noch hist. 1, 82; 3, 83, mit *ut* 12, 46.

18. 2. *neque omissa* sc. *quin sisterentur.* | *integro adhuc bello* h. e. *nondum profligato aut confecto* nach dem Vorgange von Sall. Jug. 73, 1 *tamquam ad integrum bellum cuncta parat festinatque,* Curt. 9, 4, 16. | 3. *dum* 'indem' ist kausal. wie 13, 31 am Ende: *dum ambitu propugnant.* S. Einl. § 90. | 4. *frumentum plebis* ist das Getreide für arme Plebejer, welches seit 123 v. Chr. für einen billigen Preis verkauft ward. Über die Zahl solcher Hilfsbedürftigen unter Augustus vgl. Peter, Gesch. Roms III 53. Diese Spenden dauerten, jedoch mit Modifikationen, bis in die Zeit der Byzantiner. | 6. Die *securitas annonae,* die er zur Schau trug, sollte seine Sorge um die auswärtigen Angelegenheiten verdecken. | *quamvis,* ein Faktum bezeichnend, s. zu 1, 68, 17. | 7. *portu in ipso.* Über diese Form der Anastrophe s. zu 3, 10, 10 *iudice ab uno.* | 9. L. Piso war im J. 57 Konsul gewesen. | Ducenius Geminus ward 68 Stadtpräfekt; vgl. hist. 1, 14. | Pompejus Paulinus war im J. 58 Statthalter in Germania inferior gewesen; s. 13, 53. Seneca, sein Schwiegersohn, lobt ihn in der Schrift *de brevitate vitae* (Kp. 18) wegen seiner Uneigennützigkeit und Pflichttreue in der Verwaltung des oben erwähnten Amtes.

linum vectigalibus publicis praeposuit, cum insectatione priorum principum, qui gravitate sumptuum iustos reditus anteissent: se annuum sexcentiens sestertium rei publicae largiri.

Percrebruerat ea tempestate pravus mos, cum propinquis 19
comitiis aut sorte provinciarum plerique orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios, praeturasque et provincias inter patres sortiti statim emitterent manu, quos adoptaverant. *at patres* magna cum invidia senatum adeunt, ius naturae, labores educandi adversus fraudem et artes et brevitatem adoptionis enumerant. satis pretii esse orbis, quod multa securitate, nullis oneribus gratiam honores cuncta prompta et obvia haberent. sibi promissa legum diu exspectata in ludibrium verti, quando quis sine sollicitudine parens, sine luctu orbus longa patrum vota repente adaequaret. factum ex eo senatus consultum, ne simulata adoptio in ulla parte muneris publici iuvaret ac ne usurpandis quidem hereditatibus prodesset.

Exin Claudius Timarchus Cretensis reus agitur, ceteris 20
criminibus, ut solent praevalidi provincialium et opibus nimiis

---

10. *cum insectatione priorum principum.* Er wirft seinen Vorgängern vor, sie hätten mehr Geld gebraucht, als ihnen gesetzlich zugekommen, während er das Ärar aus dem Fiscus unterstützte.

19. 2. *orbi* 'Kinderlose'. Da sie nach der lex Papia Poppaea gegen solche, die Kinder hatten, zurückstanden, so umgingen sie das Gesetz durch vorübergehende Adoptionen. Vgl. zu 2, 51. | 3. *praeturasque* ctt. Das Konsulat ist nicht erwähnt, weil man bereits nach der Prätur eine Statthalterschaft erlangen konnte, auf die es wegen der materiellen Vorteile besonders abgesehen war. | *inter patres* (Gegensatz *orbi*) = *cum patres essent* (s. zu 1, 50, 16) 'als wirkliche Väter'. | 4. In *sortiti* liegt ein Zeugma, denn die Prätoren wurden nicht durchs Los bestimmt, sondern gewählt. | *emittere manu* statt *manu mittere* wie Liv. 24, 18, 12. | 5. *at patres* d. i. die Verheirateten, welche Kinder hatten. | 5. *invidia* bezeichnet die Erregung von Hafs gegen die Kinderlosen, also 'Gehässigkeit, gehässige Weise'. | 6. *adversus* 'gegenüber' s. zu 12, 54, 16. | 8. *gratiam honores,* nämlich von seiten der Erbschleicher, die den Kinderlosen allen Vorschub leisteten, um von ihnen als Erben eingesetzt zu werden oder wenigstens Legate zu erhalten. | 9. *in ludibrium vertere* 'illusorisch machen'. Je mehr Anwärter oder Bewerber, desto länger für den einzelnen die Wartezeit. | 12. *in ulla parte muneris publici* 'in irgend welchem Zweige (irgend welcher Branche) des Staatsdienstes'. | 12. *hereditatibus.* Nach der Papia Poppaea durften Ehelose nur ihre nächsten Verwandten beerben, und Kinderlose erhielten nur die Hälfte einer Erbschaft.

20. 1. Da die Sache den Bewohner einer Senatsprovinz (Kreta und Kyrene) betraf, so konnte sie im Senat verhandelt werden, wodurch ihr aber in diesem Falle eine unverdiente Wichtigkeit beigelegt ward. | *ceteris criminibus,* proleptischer Gebrauch von *ceteri (reliquus),* s. zu 13, 15, 6. | 2. *ut solent* sc. *rei aguntur,* zugleich aber auf *ceteris criminibus* zu beziehen; man würde, je nachdem *eisdem* oder *talibus* ergänzt wird, *quibus* oder *qualibus* erwarten, vgl. indessen Cic. Tusc. 2, 9 *eisdem fere verbis (exponimus) ut actum disputatumque est,* Liv. 42, 42, 7 *haec ... talia esse scio, ut aures, ut animi audientium sint.*

ad iniurias minorum elati: una vox eius usque ad contumeliam senatus penetraverat, quod dictitasset in sua potestate situm, an pro consulibus, qui Cretam obtinuissent, grates agerentur. quam occasionem Paetus Thrasea ad bonum publicum vertens, postquam de reo censuerat provincia Creta depellendum, haec addidit: 'usu probatum est, patres conscripti, leges egregias, exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum gigni. sic oratorum licentia Cinciam rogationem, candidatorum ambitus Iulias leges, magistratuum avaritia Calpurnia scita pepererunt; nam culpa quam poena tempore prior, emendari quam peccare posterius est. ergo adversus novam provincialium superbiam dignum fide constantiaque Romana capiamus consilium, quo tutelae sociorum nihil derogetur, nobis opinio decedat, qualis quisque habeatur, alibi quam in civium iudicio esse.

21 **Olim quidem non modo praetor aut consul, sed privati etiam mittebantur, qui provincias viserent et, quid de cuiusque obsequio videretur, referrent, trepidabantque gentes de aestimatione singulorum. at nunc colimus externos et adulamur, et quo modo ad nutum alicuius grates, ita promptius accu-**

---

4. *penetraverat* 'hatte sich verstiegen'. | *quod dictitasset* statt *quod dictitaverat,* vgl. Cic. de off. 3 § 34 *ac primum in hoc Panaetius defendendus est, quod non utilia cum honestis pugnare aliquando posse dixerit* und s. zu ann. 3, 74, 1. | 5. *grates agerentur.* Auch zur Zeit der Republik mufsten solche öffentliche Danksagungen der Provinzen als Gegengewicht gegen etwaige Anklagen dienen. Man schickte zu diesem Zweck Deputationen nach Rom. | 6. Über Paetus Thrasea s. zu 13, 49. | 7. *de reo censuerat — depellendum.* Dieser scheinbare Germanismus kommt schon bei Cicero vor, z. B. Verr. 4 § 38 *de hoc Verri dicitur habere eum perbona toreumata,* sogar im Relativsatz, wie p. Cluent. 28, 76 *de quo esset orta suspicio pecunia oppugnatum* und öfter, besonders in den Briefen. | 9. *exempla honesta* 'edle (noble) Praxis', s. zu 3, 50, 7. | 10. *licentia* bezeichnet die Habgier und Bestechlichkeit. | Über die *lex Cincia* s. zu 11, 5 *legemque Cinciam flagitant.* | 11. Unter den Gesetzen des Augustus gab es eine *lex Iulia de ambitu.* Der Plural bezeichnet die verschiedenen Paragraphen des Gesetzes, wie 3, 33 *Oppiis legibus.* | Das Calpurnische Gesetz *de repetundis* ward 149 gegeben, und durch dasselbe wurden die *quaestiones perpetuae* eingeführt. | Der Wechsel im Ausdruck (*rogationem — leges — scita*) ist nur stilistisch; in dieser Form bei Tac. auch noch Kp. 41 *templum — fanum — aedes — delubrum.* | 12. *nam culpa quam poena tempore prior, emendari quam peccare posterius est,* vgl. 16, 9 *irae quam timori propiorem cernens,* hist. 2, 69 *apud quos (maiores) virtute quam pecunia res Romana melius stetit,* Cic. pro Planc. 6, 16 *'hic quam ille dignior' perquam grave est dictu.* Bemerkenswerte Parataxe der Vergleichsglieder mit nachfolgendem Komparativ. | 16. *civium* der römischen Bürger.

21. 1. *privati,* vom Senat als Kommissäre abgesandt. | 5. *ita promptius* (Vergleich und Steigerung kurz verbunden) = *ita ac multo etiam promptius,* wie es klassisch wohl heifsen würde nach Cic. de off. 1, 44, 157 *atque ut apium examina non fingendorum favorum causa congregantur, sed, cum congregabilia natura sint, fingunt favos, sic homines ac multo etiam magis natura congregati adhibent agendi cogitandique sollertiam.*

satio decernitur. decernaturque, et maneat provincialibus *usus* potentiam suam tali modo ostentandi: sed laus falsa et precibus expressa perinde cohibeatur quam malitia, quam crudelitas. plura saepe peccantur, dum demeremur quam dum offendimus. quaedam immo virtutes odio sunt, severitas obstinata, invictus adversum gratiam animus. inde initia magistratuum nostrorum meliora ferme et finis inclinat, dum in modum candidatorum suffragia conquirimus: quae si arceantur, aequabilius atque constantius provinciae regentur. nam ut metu repetundarum infracta avaritia est, ita vetita gratiarum actione ambitio cohibebitur.'

Magno adsensu celebrata sententia, non tamen senatus 22
consultum perfici potuit, abnuentibus consulibus ea de re relatum. mox auctore principe sanxere, ne quis ad concilium sociorum referret agendas apud senatum pro praetoribus prove consulibus grates, neu quis ea legatione fungeretur.

Isdem consulibus gymnasium ictu fulminis conflagravit, effigiesque in eo Neronis ad informe aes liquefacta. et motu terrae celebre Campaniae oppidum Pompei magna ex parte proruit. defunctaque virgo Vestalis Laelia, in cuius locum Cornelia ex familia Cossorum capta est.

Memmio Regulo et Verginio Rufo consulibus natam sibi 23

---

8. *malitia = avaritia*, s. 13, 30. | 9. *plura — offendimus*, vgl. Sen. de benef. 2, 24, 1 *tutius est quosdam offendere quam demeruisse.* | 10. Die Anastrophe von *immo*, erst seit Livius in der Prosa erscheinend, hat Tac. auch 11, 30; 12, 6. | *invictus adversum gratiam*, s. zu 12, 54, 16. | 12. *inclinat* 'geht bergab, wird schlechter', so Liv. 3, 61, 4 *si fortuna belli inclinet.* | 13. *aequabilius atque constantius*, wie Sall. Cat. 2, 3. | 14. *repetundarum* brachylogisch für 'Gelderpressungsprocesse', wie hist. 1, 77 *videri maiestatem* für *crimen laesae maiestatis*, Cic. ad Att. 1, 16, 2 *ut legem de religione Fufius ferret* für *de religione violata.* | 15. *ambitio* 'Gunstbuhlerei'.

22. 2. *abnuere* 'leugnen', wie hist. 1, 1; 2, 66 u. a. | *relatum* sc. *esse.* Das Recht der Relation hatten die Konsuln, Prätoren und Tribunen. Aufserdem durfte jeder Senator die Relation über einen Gegenstand verlangen, der Vorsitzende aber konnte dies abschlagen. Diesmal wollten die Konsuln erst die Entscheidung des Kaisers (*auctore principe* im folgenden) abwarten. | 4. Die Proprätoren sind hier die *legati pro praetore* in den kaiserlichen Provinzen. | 6. *gymnasium*, dasselbe, das nach 14, 47 in diesem Jahre (62) von Nero eröffnet war. | 7. *motu terrae.* Nach Seneca (quaest. nat. 6, 1) fand dies Erdbeben erst am 5. Februar des Jahres 63 statt. Zugleich ward ein Teil von Herculaneum verschüttet und ganz Kampanien verwüstet. | 9. *proruit* der Regel gemäfs auf *oppidum* statt auf *Pompei* bezogen, vgl. z. B. Liv. 2, 33, 9 *Corioli oppidum captum.* Umgekehrt ann. 14, 27 *vetus oppidum Puteoli — apiscuntur.*

23. 1. C. Regulus ist der Sohn des im J. 61 gestorbenen P. Regulus, der 31 Konsul und von 36 an Statthalter von Mösien, Macedonien und Achaja gewesen war. | Über *et* s. zu 4, 68, 1. | Den Verginius, der 68 Statthalter von Obergermanien war, wollte sein Heer nach Neros Tod zum Kaiser machen; doch schlug er die Krone aus. Er stirbt 98, ein Jahr nach seinem dritten Konsulat.

ex Poppaea filiam Nero ultra mortale gaudium accepit appellavitque Augustam, dato et Poppaeae eodem cognomento. locus puerperio colonia Antium fuit, ubi ipse generatus erat. iam senatus uterum Poppaeae commendaverat dis votaque publice susceperat, quae multiplicata exsolutaque. et additae supplicationes templumque fecunditatis et certamen ad exemplar Actiacae religionis decretum, utque Fortunarum effigies aureae in solio Capitolini Iovis locarentur, ludicrum circense, ut Iuliae genti apud Bovillas, ita Claudiae Domitiaeque apud Antium ederetur. quae fluxa fuere, quartum intra mensem defuncta infante. rursusque exortae adulationes censentium honorem divae et pulvinar aedemque et sacerdotem. atque ipse ut laetitiae, ita maeroris inmodicus egit. adnotatum est, omni senatu Antium sub recentem partum effuso, Thraseam prohibitum inmoto animo praenuntiam imminentis caedis contumeliam excepisse. secutam dehinc vocem Caesaris ferunt, qua reconciliatum se Thraseae apud Senecam iactaverit, ac Senecam Caesari gratulatum. unde gloria egregiis viris et pericula gliscebant.

24 Inter quae veris principio legati Parthorum mandata regis

---

4. *generari*, den Akt der Geburt bezeichnend, auch bei Mela 3, 8, 20. | *iam* = *porro* schliefst sich an den ersten Satz des Kapitels an, der zweite Satz *locus* — *erat* ist wie eine Parenthese. | 7. *templumque fecunditatis*, der Genetiv wie 1, 14 *aramque adoptionis*, 3, 18 *aram ultionis*, 4, 74 *aram clementiae, aram amicitiae.* | *certamen ad exemplar Actiacae religionis* 'heilige Wettspiele nach dem Muster der Aktischen'. Diese von Augustus eingeführten heiligen Wettspiele zum Andenken an den Sieg bei Actium wurden alle fünf Jahre in dem neu gegründeten Nicopolis, Actium gegenüber, gefeiert und enthielten nach Dio 51, 1 einen *ἀγῶνα μουσικὸν καὶ γυμνικὸν ἱπποδρομίας τε.* | 8. *Fortunarum.* In Antium wurden in demselben Tempel zwei Glücksgöttinen verehrt, aus deren Bewegung beim Umhertragen man Orakel entnahm. | 10. In Bovillae, drei Meilen von Rom an der Appischen Landstrafse, bestand ein alter Kultus der Julischen Gens. Vgl. 2, 41. | *apud* 'in'. | 11. *fluxa* 'schnell vorübergehend' von einem einzelnen Falle, wie hist. 1, 21 *Galbae auctoritas fluxa.* Sonst allgemein 'vergänglich' z. B. 13, 19 *nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum* ctt. | 12. *censere* c. Acc. s. zu 12, 38, 4. | 14. *inmodicus* (mit dem Gen. auch hist. 1, 53, Sall. hist. I fr. 119 Kr. u. a.) *egit.* Das absolute *agere* mit einem Adjektiv wie 1, 68 *haud minus inquies Germanus agebat*, 3, 38 *Thraecia insolentia nostri discors agebat*, nach dem Vorgang von Sallust hist. I fr. 69 *Mauri contendebant Antipodas iustos agere*, II fr. 50 § 4 *privatus egi*, § 5 *ut fama et fortunis integer agas* (Heraeus zu hist. 3, 44, 5). | 15. *prohibitum* 'nicht vorgelassen', wie 16, 24 *Thrasea occursu probibitus non demisit animum.* | 19. *gratulatum.* Der Kaiser rühmte sich der Grofsmut und Milde, die er an Thrasea bewiesen. Seneca sieht die Sache in anderem Lichte: er beglückwünscht den Kaiser zu der Aussöhnung mit einem so bedeutenden Manne. Das nimmt der Kaiser übel. | *egregiis viris*, natürlich dem Thrasea und Seneca. Zum Gedanken *unde* — *gliscebant* vgl. hist. 4, 4 *isque praecipuus illi dies magnae offensae initium et magnae gloriae fuit.*

Vologesis litterasque in eandem formam attulere: se priora et totiens iactata super obtinenda Armenia nunc omittere, quoniam di, quamvis potentium populorum arbitri, possessionem Parthis non sine ignominia Romana tradidissent. nuper clausum Tigranen; post Paetum legionesque cum opprimere posset, incolumes dimisisse. satis adprobatam vim; datum et lenitatis experimentum. nec recusaturum Tiridaten accipiendo diademati in urbem venire, nisi sacerdotii religione attineretur. iturum ad signa et effigies principis, ubi legionibus coram regnum auspicaretur.

25 Talibus Vologesis litteris, quia Paetus diversa tamquam rebus integris scribebat, interrogatus centurio, qui cum legatis advenerat, quo in statu Armenia esset, omnes inde Romanos excessisse respondit. tum intellecto barbarum inrisu, qui peterent, quod eripuerant, consuluit inter primores civitatis Nero, bellum anceps an pax inhonesta placeret. nec dubitatum de bello: et Corbulo militum atque hostium tot per annos gnarus gerendae rei praeficitur, ne cuius alterius inscitia rursum peccaretur, quia Paeti piguerat. igitur inriti remittuntur, cum donis tamen, unde spes fieret non frustra eadem oraturum Tiridaten, si preces ipse attulisset. Suriaeque exsecutio C. Cestio, copiae militares Corbuloni permissae, et quinta decuma legio

---

24. 2. *in eandem formam* 'gleichlautend', vgl. 13, 41 *aliaque in eandem formam decernuntur.* | 3. *super* mit Abl. gerund. wie Hor. carm. saec. 18 *super iugandis feminis.* | 8. *experimentum* 'Beweis' durch die That, wie 13, 24 *plebes daret experimentum an — modestiam retineret.* | *accipiendo diademati.* Der Dativ des Gerundivums bei Verbis der Bewegung wie 6, 48 *reddendae dominationi venisse.* Ebenso konstruiert Tacitus *vagari* 3, 39, *pergere* 12, 66, *digredi* 11, 32. | 9. *sacerdotii religione* 'durch seine priesterlichen Pflichten'. | 10. *ad signa et effigies,* also zu einem römischen Heere in der Nähe Armeniens. Vor den Feldzeichen wollte er schwören und vor dem Bildnisse des Kaisers knieend das Diadem ablegen. S. Kp. 16, 5.

25. 4. Über *barbarum* statt *barbarorum* s. zu 14, 39. | 6. *nec dubitatum de bello: et Corbulo.* Dieselbe Verknüpfung der Sätze hist. 2, 14 *nec mora proelio: et acies,* ann. 4, 70 *nec mora quin decerneretur: et trahebatur damnatus.* | 8. *praeficere* mit dem Dativ des Gerundivums schon bei Cic. de domo 8, 20 *bello gerendo.* Vgl. 13, 8 *Corbulonem retinendae Armeniae praeposuerat.* | *alterius* statt des seltenen bei Tac. nicht vorkommenden Genetivs *alius* wie Agr. 5; 17, hist. 2, 90 (s. Sirker: Taciteische Formenlehre S. 45). | 11. *Suriae exsecutio* 'die vollziehende Gewalt in Syrien'. Ganz anders ist 3, 31 *exsecutionem eius negotii suscepit.* Vgl. jedoch Cic. p. Sest. 5, 13 *quaestura Macedoniae.* Der Genetiv steht für ein Adjektiv und 'giebt entferntere Merkmale des Ortes, der Zeit, der Umstände an, die wir fast immer durch Präpositionen ausdrücken wie *civilis belli victoria*'. Seyffert-Müller zu Lael. 3, 11 *quam autem civitati carus fuerit, maerore funeris indicatum est.* | *C. Cestius* mag derselbe sein, der schon 3, 36 als Senator erwähnt wird und nach hist. 5, 10 um das Jahr 66 als Verwalter von Syrien stirbt.

ducente Mario Celso e Pannonia adiecta est. scribitur tetrarchis ac regibus praefectisque et procuratoribus et qui praetorum finitimas provincias regebant, iussis Corbulonis obsequi, in tantum ferme modum aucta potestate, quem populus Romanus Cn. Pompeio bellum piraticum gesturo dederat. regressum Paetum, cum graviora metueret, facetiis insectari satis habuit Caesar, his ferme verbis: ignoscere se statim, ne tam promptus in pavorem longiore sollicitudine aegresceret.

26 At Corbulo quarta et duodecuma legionibus, quae fortissimo quoque amisso et ceteris exterritis parum habiles proelio videbantur, in Suriam translatis, sextam inde ac tertiam legiones, integrum militem et crebris ac prosperis laboribus exercitum, in Armeniam ducit. addiditque legionem quintam, quae per Pontum agens expers cladis fuerat, simul quintadecumanos recens adductos et vexilla delectorum ex Illyrico et Aegypto, quodque alarum cohortiumque, et auxilia regum in unum conducta apud Melitenen, qua tramittere Euphraten parabat. tum lustratum rite exercitum ad contionem vocat orditurque magnifica de auspiciis imperatoris rebusque a se gestis, adversa in inscitiam Paeti declinans, multa auctoritate, quae viro militari pro facundia erat.

27 Mox iter L. Lucullo quondam penetratum, apertis quae

---

13. Marius Celsus, häufig in den Historien genannt, ist im J. 68 designierter Konsul und ein treuer Anhänger des Galba. Otho verwendet ihn als Feldherrn, und Vitellius läfst ihn im Konsulate unbehelligt. | *scribere* mit Infinitiv wie 12, 29. | 14. Die *praefecti* sind Befehlshaber der Bundesgenossen. Die Prätoren im folgenden sind die kaiserlichen Statthalter oder *legati pro praetore*, | 17. Durch das Gabinische Gesetz erhielt Pompejus 67 v. Chr. den Oberbefehl im Seeräuberkriege und aufserordentliche Vollmachten.

26. 4. *exercitus* statt *exercitatus* auch Kp. 45 *Graeca doctrina ore tenus exercitus*, 14, 2 *exercita ad omne flagitium* und öfter, erst in den Historien und Annalen; doch auch in der regelrechten Bedeutung 'gequält, qualvoll' z. B. Agr. 39, ann. 1, 17; 35. | 7. *recens adductos*, s. zu 11, 25, 12. | *vexilla* 'Detachements', aber nicht von Veteranen. | *Illyrico*. Seit Augustus umfafste dieser Name aufser Dalmatien auch die eroberten Donauländer von Rätien bis Mösien inklusive. | 8. *quodque alarum cohortiumque* (sc. *erat*), vgl. 4, 24 *quod erat militum*, 4, 73 *quod peditum*, 14, 38 *quodque nationum* u. a. Die *alae* und *cohortes* sind Bundesgenossen. | *regum*, nämlich Agrippa von Chalcis in Syrien, Antiochus von Kommagene, Aristobulus von Klein-Armenien, Sohaemus von Emesa in Syrien und von Sophene an den Tigrisquellen. | 9. *Melitene* von den Römern als Grenzfestung erbaut, lag am rechten Ufer des Euphrat in Cappadocien, der Landschaft Sophene gegenüber. | 11. *auspiciis*. Alle Kriegsunternehmungen geschehen unter den Auspicien des Kaisers als des obersten Kriegsherrn. | 12. *declinans* 'von sich ablehnend und einem anderen zuschreibend, auf jemandes Fehler schiebend'. So Sall. hist. 2, 36 Kr., 30 D *ad haec rumoribus adversa in pravitatem, secunda in casum, fortunam in temeritatem declinando corrumpebant.* | *multa auctoritate* 'im Vollgefühl seiner Würde'.

27. 1. *iter* ctt. Im J. 69 zog Lucullus in derselben Richtung, schlug am 6. Oktober den Tigranes am Nicephorius und eroberte Tigranocerta. |

vetustas obsaepserat, pergit. et venientes Tiridatis Vologesisque de pace legatos haud aspernatus, adiungit iis centuriones cum mandatis non inmitibus: nec enim adhuc eo ventum, ut certamine extremo opus esset. multa Romanis secunda, quaedam Parthis evenisse, documento adversus superbiam. proinde et Tiridati conducere intactum vastationibus regnum dono accipere, et Vologesen melius societate Romana quam damnis mutuis genti Parthorum consulturum. scire, quantum intus discordiarum quamque indomitas et praeferoces nationes regeret: contra imperatori suo immotam ubique pacem et unum id bellum esse. simul consilio terrorem adicere, et megistanas Armenios, qui primi a nobis defecerant, pellit sedibus, castella eorum excindit, plana edita, validos invalidosque pari metu complet.

Non infensum nec cum hostili odio Corbulonis nomen 28
etiam barbaris habebatur, eoque consilium eius fidum credebant. ergo Vologeses neque atrox in summam, et quibusdam praefecturis indutias petit: Tiridates locum diemque conloquio poscit. tempus propinquum, locus, in quo nuper obsessae cum Paeto legiones erant, cum barbaris delectus esset ob memoriam laetioris sibi rei, Corbulo non vitat, ut dissimilitudo fortunae gloriam augeret. neque infamia Paeti angebatur, quod eo maxime patuit, quia filio eius tribuno ducere manipulos atque operire reliquias malae pugnae imperavit. die pacta Tiberius Alexander, inlustris eques Romanus, minister bello datus, et

---

Bei *penetrare iter* (nach Analogie von *pergere*) wird an die Überwindung von Hindernissen gedacht, wie im silbernen Latein gesagt wird *penetrare amnem, montem, virgulta silvasque.* | Mit *apertis* ctt. wird gesagt, dafs der mit der Zeit verschüttete oder zerstörte Weg des Lucullus wieder gangbar gemacht ward. | 5. *certamine extremo* 'combat à outrance, Kampf auf Leben und Tod'. | 6. *documento adversus superbiam* zum Beweise gegenüber dem Übermut, d. h. 'zur Warnung vor Übermut'. Über die ursprüngliche Bedeutung von *adversus* s. zu 12, 54, 16. | 10. *praeferox,* s. zu 4, 60, 18. | 12. Die *megistanes* 'Grofsen, Magnaten', auch bei den späteren Griechen *μεγιστᾶνες*, werden aufserdem von Seneca und Sueton erwähnt. | 14. *plana — invalidosque,* vgl. 11, 6 *inimicitias accusationes, odia et iniurias,* 12, 17 *arma munimenta, impediti vel eminentes loci, amnesque et urbes* u. a.

28. 2. *habebatur* 'ward betrachtet'. Vgl. zu 12, 48 *omne scelus externum cum laetitia habendum.* | 3. *in summam* nach Analogie von *in totum, in universum* 'im ganzen, überhaupt'. Vgl. hist. 2, 16 *nihil in summam profutura,* Cic. ad Att. 7, 13, 1 *ad summam profectum aliquid puto,* Liv. 34, 3, 5 *si . . . in summam prodest.* | 4. *praefecturae* (*στρατηγίαι*) sind die Provinzen von Parthien und Armenien. | 6. *delectus esset* gehört als Prädikat auch zu *tempus.* | *ob memoriam,* s. zu 13, 56, 4. | 10. *operire reliquias* bezeichnet das Begräbnis der Gebeine und die Beseitigung der Trümmer. | *imperare* mit blofsem Infinitiv, s. zu 2, 25, 3. | Tiberius Alexander, ein ägyptischer Jude, zum Heidentum übergetreten, wird 67 Präfekt von Ägypten und ist im J. 70 praefectus praetorio des Titus in Judäa. | 11. *inlustris* d. h. mit senatorischem Census. | *minister*

Vinicianus Annius, gener Corbulonis, nondum senatoria aetate et pro legato quintae legioni inpositus, in castra Tiridatis venere honore eius ac ne metueret insidias tali pignore; viceni dehinc equites adsumpti. et viso Corbulone rex prior equo desiluit; nec cunctatus Corbulo, sed pedes uterque dexteras miscuere.

29 Exin Romanus laudat iuvenem omissis praecipitibus tuta et salutaria capessentem. ille de nobilitate generis multum praefatus, cetera temperanter adiungit: iturum quippe Romam laturumque novum Caesari decus, non adversis Parthorum rebus supplicem Arsaciden. tum placuit Tiridaten ponere apud effigiem Caesaris insigne regium nec nisi manu Neronis resumere; et conloquium osculo finitum. dein paucis diebus interiectis magna utrimque specie inde eques compositus per turmas et insignibus patriis, hinc agmina legionum stetere fulgentibus aquilis signisque et simulacris deum in modum templi: medio tribunal sedem curulem et sedes effigiem Neronis sustinebat. ad quam progressus Tiridates, caesis ex more victimis, sub-

---

bello Kommissarius für die Verpflegung des Heeres. Derselbe Dativ bei *minister* hist. 1, 71. 88; 4, 22. | 12. *Vinicianus,* Sohn jenes M. Annius Vinicianus, der sich 42 gegen Claudius verschwor. Dio 62, 23 nennt den Schwiegersohn des Corbulo nur mit dem Gentilnamen *Annius* und sagt, er sei von Corbulo mit Tiridates nach Rom gesandt, damit Nero an ihm ein Unterpfand der Treue des Corbulo habe. | *senatoria aetate,* seit Augustus das vollendete 25. (früher 30.) Lebensjahr. Legat einer Legion pflegte man sonst erst nach der Quaestur zu werden. | 13. *et* überflüssig, s. zu 1, 55, 3. | 14. *honore eius* 'das sollte eine Ehrenbezeugung für ihn sein (und er sollte nicht fürchten' *ac ne metueret*), vgl. hist. 1, 44 *omnesque conquiri et interfici iussit non honore Galbae, sed tradito principibus more munimentum ad praesens, in posterum ultionem.* Kein Abl. causae, wie das lex. Tac. p. 532 sagt, sondern ein Abl. modi oder des begleitenden Umstandes, der das logische Hauptverbum bildet und mit dem grammatischen Hauptverbum, da er ein Urteil über dasselbe abgiebt, im engsten Zusammenhang steht (weshalb auch an beiden Stellen vor *honore* bez. *non honore* kein Komma stehen darf). S. zu 3, 53, 14 *unius invidia ab omnibus peccatur,* und vgl. Cic. pro Sestio 22, 50 *periculo reipublicae vivebam,* pro Flacco 17, 41 *si putas nostro periculo vivere tuos contubernales.* Anders geartet ist Liv. 35, 15, 5 *ut procul ab se honore* ('mit Ehren, ehrenvoll') *eum quoque ablegarent.* — Über die Koordination *honore — ac ne* vgl. Einl. § 119, 12. | *tali pignore* erweiterter Abl. causae 'auf Grund, ob', s. zu 3, 24, 15. | 16. *sed pedes uterque dexteras miscuere.* Subjekt *uterque* (mit Plur. verbunden auch hist. 2, 97; 3, 35; 4, 34, Caes. B. C. 3, 30, 2, Sall. Cat. 49, 2), Apposition ist *pedes.* In *pedes uterque* liegt zugleich der Gegensatz (*sed*) zu *nec cunctatus Corbulo* beschlossen.

29. 1. *praeceps* als Gegensatz von *tutus*; vgl. Liv. 21, 18, 4 *praeceps legatio* ('übereilt'). | 3. *quippe* in Anastrophe, wie 2, 15. 33 und öfter. | 8. *utrimque, inde — hinc* (vgl. *ab hac parte*) der bekannte terminus *unde,* wir 'auf beiden Seiten' u. s. w. | 9. *insignibus,* Abl. qualitatis, vgl. 3, 43 *quadraginta milia fuere, quinta sui parte legionariis armis,* Agr. 36 *simul arte Britanni ingentibus gladiis et brevibus caetris missilia nostrorum vitare* u. a., s. Einl. § 38. | 10. *in modum templi* ist ein übertriebener Ausdruck, der die Feierlichkeit des Aktes veranschaulichen soll. | 11. *medio* ohne *in* s. zu 2, 52, 18. | 13. *sublatum capiti,* der Dativ ist durch die Ana-

latum capiti diadema imagini subiecit, magnis apud cunctos animorum motibus, quos augebat insita adhuc oculis exercituum Romanorum caedes aut obsidio. at nunc versos casus: iturum Tiridaten ostentui gentibus, quanto minus quam captivum?

Addidit gloriae Corbulo comitatem epulasque; et rogitante 30
rege causas, quotiens novum aliquid adverterat, ut initia vigiliarum per centurionem nuntiari, convivium bucina dimitti et structam ante augurale aram subdita face accendi, cuncta in maius attollens admiratione *eum* prisci moris adfecit. postero die spatium oravit, quo tantum itineris aditurus fratres ante matremque viseret: obsidem interea filiam tradit litterasque supplices ad Neronem.

Et digressus Pacorum apud Medos, Vologesen Ecbatanis 31
repperit, non incuriosum fratris: quippe et propriis nuntiis a Corbulone petierat, ne quam imaginem servitii Tiridates perferret neu ferrum traderet aut complexu provincias obtinentium arceretur foribusve eorum adsisteret, tantusque ei Romae, quantus consulibus, honor esset. scilicet externae superbiae sueto non inerat notitia nostri, apud quos vis imperii valet, inania tramittuntur.

Eodem anno Caesar nationes Alpium maritimarum in ius 32

---

logie von *abstrahere* und *extrahere* (s. zu 2, 5, 2) erklärt. | 15. *exercitus* st. *legiones,* wie 1, 52 und öfter. | 16. *ostentui*, wie 12, 14; 1, 29. S. Einl. § 31, a.

30. 1. *rogitante rege — eum adfecit,* s. zu 14, 10, 1. | 3. *nuntiari* bezeichnet die regelmäſsige Meldung beim Feldherrn. Daſs auch beim Schluſs eines Gastmahls ein Trompetensignal gegeben ward, sehen wir nur aus dieser Stelle. | 4. Das *augurale,* auch 2, 13 erwähnt, war nichts anderes als das Prätorium und wird als solches von Quintil. 8, 2, 8 bezeichnet. | Die Wendung *aram accendi* kann schwerlich bedeuten, daſs der Altar selbst, aus brennbaren Stoffen bestehend, angezündet wird, sondern das Holz verbrennt, welches um das metallene Gestell des tragbaren Altars aufgehäuft ist. Ähnlich ist *adolere aram*, *altaria.* Vgl. unser 'die Lampe wird angesteckt'. | *in maius.* S. Einl. § 49 am Ende. | 6. *oravit* sc. *Tiridates.*

31. 1. Nach Kp. 2 war Pacorus König von Medien. Ecbatana, die Sommerresidenz des Partherkönigs, lag im südlichen Medien am östlichen Abhange des Orontesgebirges. | 2. *incuriosus* mit dem Genetiv, s. zu 4, 32, 10. | 3. *imaginem* 'ein Zeichen, Symbol', wie 11, 4 *eaque imagine* ('so sinnbildlich'). | 4. *complexu,* nach orientalischer Sitte. | 5. *foribus adsistere* d. h. warten, bis man vorgelassen wird, 'antichambrieren'. | 6. *suetus* mit Dativ wie 1, 31 *lasciviae sueta.* | 8. *inania tramittuntur* 'während man über leere Förmlichkeiten hinwegsieht', vgl. 4, 41 *sublatisque inanibus veram potentiam augeri.*

32. 1. Die See-Alpen bildeten seit dem J. 14 v. Chr. eine kleine Provinz unter einem Prokurator. | Durch das *ius Latii* erhielten sie das *ius commercii,* behielten ihre eigenen Gesetze, eigenen Census, und ihre Beamten erlangten die Civität und die Wählbarkeit zu einer römischen Magistratur. Erst unter Justinian erhalten alle Latini das Bürgerrecht.

Latii transtulit. equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud circum; namque ad eam diem indiscreti inibant, quia lex Roscia nihil nisi de quattuordecim ordinibus sanxit. spectacula gladiatorum idem annus habuit pari magnificentia ac priora; sed feminarum inlustrium senatorumque plures per arenam foedati sunt.

33 C. Laecanio M. Licinio consulibus acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiscas scaenas frequentandi. nam adhuc per domum aut hortos cecinerat Iuvenalibus ludis, quos ut parum celebres et tantae voci angustos spernebat. non tamen Romae incipere ausus Neapolim quasi Graecam urbem delegit: inde initium fore, ut transgressus in Achaiam insignesque et antiquitus sacras coronas adeptus maiore fama studia civium eliceret. ergo contractum oppidanorum vulgus, et quos e proximis coloniis et municipiis eius rei fama acciverat, quique Caesarem per honorem aut varios usus sectantur, etiam militum manipuli, theatrum Neapolitanorum complent.

34 Illic, plerique ut arbitrabantur, triste, ut ipse, providum potius et secundis numinibus evenit: nam egresso qui adfuerat populo vacuum et sine ullius noxa theatrum conlapsum est. ergo per conpositos cantus grates dis atque ipsam recentis casus fortunam celebrans petiturusque maris Hadriae traiectus

---

3. *apud* 'in'. | 4. Die im J. 67 gegebene *lex Roscia* fand auf den Cirkus keine Anwendung, wo auch die Senatoren erst unter Claudius besondere Plätze erhalten hatten. | 7. *per arenam* '(durch ihr Erscheinen) in der Arena'.

33. 1. C. Laecanius Bassus lebte noch unter Vespasian und starb an einem Karbunkel. M. Licinius Crassus Frugi ist der Sohn des gleichnamigen Konsuls vom J. 27. | 2. *adigebatur,* absolut ohne *ad* oder Nebensatz, wie Cic. ad Att. 10, 9, 3 *Servium exspecto ad Nonas, et adigit ita Postumia et Servius filius.* | *promiscas* 'öffentliche, allgemein zugängliche' wie 14, 14 *haud promisco spectaculo,* Liv. 34, 44, 5 *antea in promiscuo spectabant* (Gegensatz von *secreti*). | *frequentare* 'besuchen' wie hist. 2, 16. | 3. Die Juvenalien, die Nero im J. 59 eingeführt, feierte er bis dahin nicht öffentlich, sondern in seinen Gärten jenseits des Tiber. | 4. *tantae voci angustos* '— zu eng'. Sueton (Ner. 20) und Dio 61, 20 nennen seine Stimme freilich schwach und unrein (*exigua et fusca*). | 5. *quasi* bezeichnet den wirklichen Grund im Sinne des Nero, welcher Neapel wählt, damit diese griechische Stadt ihm den Übergang zu seinen Produktionen in Achaja vermittele. Vgl. Einl. § 95. | 7. *coronas,* bei den vier grofsen Nationalspielen. | *studia civium* 'das Interesse der Römer'. | 10. *per honorem aut varios usus* '(Kavaliere) als Ehrengeleit oder (Diener) zu mancherlei Dienstleistung'. | *militum,* nämlich Prätorianer.

34. 1. *triste* und *providum* sind substantiviert. Vgl. Einl. § 5, b. | 2. *et secundis numinibus* = *et quod esset secundis n.* | 3. *et* vor *sine ullius noxa* überflüssig nach Taciteischer Manier, s. zu 1, 55, 3. | 4. *compositos* prägnant = *bene compositos.* | *ipsam — fortunam* 'das eigentliche (wirkliche, wahre) Glück' im Gegensatz zu *plerique ut arbitrabantur triste ... evenit* (Z. 1—2). | 5. In *celebrans* liegt ein Zeugma, da zu *grates* nur *agens* pafst. | *mare Hadria* statt *Hadriaticum* auch hist. 3, 42 und Plin. 3 § 119 *nave intravit Hadriam,* s. 1, 9, 17.

apud Beneventum interim consedit, ubi gladiatorium munus a Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter foedissima eius aulae ostenta fuit, sutrinae tabernae alumnus, corpore detorto, facetiis scurrilibus, primo in contumelias adsumptus; dehinc optimi cuiusque criminatione eo usque valuit, ut gratia pecunia vi nocendi etiam malos praemineret.

Eius munus frequentanti Neroni ne inter voluptates quidem 35
a sceleribus cessabatur. isdem quippe illis diebus Torquatus Silanus mori adigitur, quia super Iuniae familiae claritudinem divum Augustum abavum ferebat. iussi accusatores obicere prodigum largitionibus, neque aliam spem quam in rebus novis esse. quin eum libertos habere, quos ab epistulis et libellis et rationibus appellet, nomina summae curae et meditamenta. tum intimus quisque libertorum vincti abreptique. et cum damnatio instaret, brachiorum venas Torquatus interscidit. secutaque Neronis oratio ex more, quamvis sontem et defensioni merito diffisum victurum tamen fuisse, si clementiam iudicis exspectasset.

Nec multo post, omissa in praesens Achaia (causae in in- 36
certo fuere), urbem revisit, provincias Orientis, maxime Aegyptum, secretis imaginationibus agitans. dehinc edicto testificatus non longam sui absentiam et cuncta in re publica perinde

6. *apud* 'in'. | Benevent lag in Samnium auf dem Wege nach Brundisium und war die Vaterstadt des Vatinius, welcher später (nach einer Andeutung im Dialogus 11) von dem tragischen Dichter Maternus gestürzt ward. | 8. *ostentum,* in dieser tropischen Bedeutung für klassisches *portentum, prodigium* oder *monstrum*. So auch Apul. met. 10, 17 *verebar, ne velut monstrum ostentumque me obtruncatum volturiis pabulum redderent*. | 9. *in contumelias*. Er ward als Hofnarr oder als Zielscheibe des Witzes gebraucht, ähnlich den Parasiten bei Griechen und Römern. | 11. *praeminere* mit dem Accusativ. Vgl. 12, 12.

35. 3. Dieser Silanus, Konsul des J. 53, ist ein Bruder des L. und M. Silanus, welche beide unter Claudius durch die Ränke der Agrippina umgekommen waren. | 3. *adigere* mit dem Infinitiv, s. zu 4, 29, 9. | 4. *abavum,* insofern Julia, Tochter des Augustus, die Urgroſsmutter des Silanus war. | Zu *ferebat* 'er hatte aufzuweisen' vgl. 2, 43 *avum M. Antonium — ferens*. | 6. *habere quos* ctt. Der Sinn ist: er sei so frech, daſs er seinen Freigelassenen die Titel kaiserlicher Hofbeamten gebe. Über die Bedeutung der folgenden Ämter (*ab epistulis*) s. zu 11, 29 bei den Namen Callistus, Narcissus und Pallas. Vgl. auch 16, 8 *ipsum dehinc Silanum increpuit isdem quibus patruum eius Torquatum, tamquam disponeret iam imperii curas praeficeretque rationibus et libellis et epistulis libertos*. | 7. *nomina summae* (sc. *imperatoriae*) *curae et meditamenta* etwa: 'wobei er Namen und Beschäftigungen der höchsten Verwaltung vorwegnehme'. *meditamentum* (bei Tac. nur noch hist. 4, 26) kommt früher nicht vor. | 9. '*intercidit,* Zumpt ad Curt. p. 138, ut est 16, 14 (*intercisis venis*) et Plin. n. h. 11, 37, 174; at dixit Tacitus *venas abscindere* 15, 69 et 16, 11'. Halm. | 12. *iudicis,* nämlich des Kaisers, der oberrichterliche Befugnis hat.

36. 3. *imaginationes* 'Bilder der Phantasie' so auch Plin. n. h. 20, 68. | 4. Über *sui* s. Einl. § 42.

immota ac prospera fore, super ea profectione adiit Capitolium. illic veneratus deos, cum Vestae quoque templum inisset, repente cunctos per artus tremens, seu numine exterrente, seu facinorum recordatione nunquam timore vacuus, deseruit inceptum, cunctas sibi curas amore patriae leviores dictitans. vidisse maestos civium vultus, audire secretas querimonias, quod tantum *itineris* aditurus esset, cuius ne modicos quidem egressus tolerarent, sueti adversum fortuita aspectu principis refoveri. ergo ut in privatis necessitudinibus proxima pignora praevalerent, ita *in re publica* populum Romanum vim plurimam habere parendumque retinenti. haec atque talia plebi volentia fuere, voluptatum cupidine et, quae praecipua cura est, rei frumentariae angustias, si abesset, metuenti. senatus et primores in incerto erant, procul an coram atrocior haberetur: dehinc, quae natura magnis timoribus, deterius credebant, quod evenerat.

37 Ipse quo fidem adquireret nihil usquam perinde laetum sibi, publicis locis struere convivia totaque urbe quasi domo uti. et celeberrimae luxu famaque epulae fuere, quas a Tigellino paratas ut exemplum referam, ne saepius eadem prodigentia narranda sit. igitur in stagno Agrippae fabricatus est ratem, cui superpositum convivium navium aliarum tractu moveretur. naves auro et ebore distinctae, remigesque exoleti per aetates et scientiam libidinum componebantur. volucres et feras diversis e terris et animalia maris Oceano abusque petiverat. crepidinibus stagni lupanaria adstabant inlustribus feminis completa, et contra scorta visebantur nudis corporibus. iam gestus motusque obsceni; et postquam tenebrae incedebant, quantum iuxta nemoris et circumiecta tecta consonare cantu et luminibus clarescere. ipse per licita atque inlicita

5. *super* 'betreffs, wegen'. Für die beabsichtigte Reise will er Gelübde thun und beten. | 6. Der Tempel der Vesta lag südlich am Forum. | 9. *inceptum* von einem politischen oder militärischen Unternehmen im Sing. (1, 19) wie im Plur. 6, 32, hist. 1, 89, vgl. ann. 4, 33. | 16. *volentia* 'angenehm' wie hist. 3, 52 *Muciano volentia rescripsere* nach dem Vorgang von Sallust fragm. IV 56 Kr., 31 D *multisque suspicionibus volentia plebi facturus habebatur.* | Die Koordination des Ablativs *cupidine* mit dem Particip *metuenti* ist wie 2, 1 *metu — diffisus,* Kp. 38 *pars mora, pars festinans* u. a. | 18. *haberetur* fast = *esset,* s. zu Kp. 16, 8.

37. 3. *luxu famaque* dem Sinne nach = *fama propter luxum.* | 5. Das Bassin des Agrippa, sonst unbekannt, lag wohl auf dem Campus Agrippae, einem kleinen Teile des Marsfeldes neben der Via Flaminia. | 6. *tractus* 'das Ziehen', wie Verg. Georg. 3, 183 *tractuque gementem ferre rotam.* | 9. *diversus* 'entlegen, fern' wie 1, 17 *trahi adhuc diversas in terras,* und öfter. | *abusque* s. 13, 47. Zuerst bei Verg. Aen. 7, 288 *et laetum Aenean — Siculo prospexit abusque Pachyno.* | 10. Über den Ablativ *crepidinibus* s. Einl. § 35. Vgl. Kp. 38 *lateribus aut fronte.* | 14. *clarescere* vom Lichte gebraucht selten und erst im silb. Latein, bei Tac. nur noch dial. 36 *eloquentia sicut flamma . . . urendo clarescit.* | *per licita atque illicita* Hyperbel wie hist. 2, 56 *in omne fas nefasque*

foedatus nihil flagitii reliquerat, quo corruptior ageret, nisi paucos post dies uni ex illo contaminatorum grege (nomen Pythagorae fuit) in modum sollemnium coniugiorum denupsisset. inditum imperatori flammeum, missi auspices, dos et genialis torus et faces nuptiales, cuncta denique spectata, quae etiam in femina nox operit.

38 Sequitur clades, forte an dolo principis incertum (nam utrumque auctores prodidere), sed omnibus, quae huic urbi per violentiam ignium acciderunt, gravior atque atrocior. initium in ea parte circi ortum, quae Palatino Caelioque montibus contigua est, ubi per tabernas, quibus id mercimonium inerat quo flamma alitur, simul coeptus ignis et statim validus ac vento citus longitudinem circi corripuit. neque enim domus munimentis saeptae vel templa muris cincta aut quid aliud morae interiacebat. impetu pervagatum incendium plana primum, deinde in edita adsurgens et rursus inferiora populando, anteiit remedia velocitate mali et obnoxia urbe artis itineribus hucque et illuc flexis atque enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit. ad hoc lamenta paventium feminarum, fessa [aetate] aut rudis pueritiae aetas, quique sibi quique aliis consulebant, dum trahunt invalidos aut opperiuntur, pars mora, pars festinans, cuncta impediebant. et saepe, dum in tergum respectant, lateribus aut fronte circumveniebantur, vel si in proxima evaserant, illis quoque igni correptis, etiam quae longinqua cre-

---

avidi, 3, 51, Liv. 6, 14, 10. | 16. *contam. grege* nach Hor. C. 1, 37, 9 *contaminato cum grege turpium morbo virorum.* | 17. *nomen Pythagorae fuit*; über den Genetiv s. 1, 45, 3. | *denubere,* auch 6, 27. In demselben obscönen Sinne bei Suet. Nero 29 *cui* (Doryphoro) *etiam, sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit*, *voces quoque et eiulatus vim patientium virginum imitatus.* | 18. *missi auspices* von dem Pythagoras, s. zu 11, 27 *auspicum verba.* | 19. *spectata* 'war zu sehen', s. zu 4, 7, 9. | 20. *in femina* 'wenn es sich um die Heimführung eines Weibes handelt', s. zu 2, 41, 13.

38. 4. *in ea parte* ctt. Es ist die nordöstliche Seite des Cirkus maximus. | 5. *tabernas,* Kaufläden an der Aufsenseite des Cirkus. | *mercimonium* sonst nur im Alt- und Spätlatein. | 7. *citus* statt *concitus.* S. Einl. § 13. | 8. *munimenta* sind Mauern an den Seiten der Häuser. | *vel — aut,* s. zu 14, 3, 2. | 9 Über den modalen Ablat. *impetu* s. Einl. § 38. | 10. *adsurgens — populando,* s. zu 13, 47, 3 *trahens — interpretando.* | 11. *obnoxia urbe.* Es kann leicht aus *mali* zu *obnoxia* der Dativ *malo* ergänzt werden (*malo obnoxia* 'dem Unglück verfallen, verschrieben'). Besser aber ist es *obnoxia* absolut zu fassen 'preisgegeben' ('aufgeschrieben' sagt die Umgangssprache). Zum absoluten Gebrauch vgl. Sen. ep. 65, 21 *in hoc obnoxio* ('unfrei') *domicilio animus liber habitat*, Plin. nat. hist. 31, 6, 60 *non alibi corporibus magis obnoxiis.* Über den absoluten Gebrauch des Wortes bei Personen s. Heraeus zu hist. 1, 1 *ita neutris cura posteritatis inter infensos vel obnoxios* ('da die einen verbittert, die andern abhängig waren'). | 13. *ad hoc* = πρὸς τούτοις, wie 12, 34 u. a. | *fessa* 'kraftlos'. | 14. Über das doppelte *que* s. Einl. § 65. | 15. *mora — festinans* koordiniert wie Kp. 36 *cupidine — metuenti.* | 17. *lateribus aut fronte* wie Kp. 37 *crepidinibus.*

diderant, in eodem casu reperiebant. postremo, quid vitarent, quid peterent, ambigui, complere vias, sterni per agros; quidam amissis omnibus fortunis, diurni quoque victus, alii caritate suorum, quos eripere nequiverant, quamvis patente effugio interiere. nec quisquam defendere audebat, crebris multorum minis restinguere prohibentium, et quia alii palam faces iaciebant atque esse sibi auctorem vociferabantur, sive ut raptus licentius exercerent seu iussu.

39 Eo in tempore Nero Antii agens non ante in urbem regressus est quam domui eius, qua Palatium et Maecenatis hortos continuaverat, ignis propinquaret. neque tamen sisti potuit, quin et Palatium et domus et cuncta circum haurirentur. sed solacium populo exturbato ac profugo campum Martis ac monumenta Agrippae, hortos quin etiam suos patefecit et subitaria aedificia extruxit, quae multitudinem inopem acciperent; subvectaque utensilia ab Ostia et propinquis municipiis, pretiumque frumenti minutum usque ad ternos nummos. quae quamquam popularia in inritum cadebant, quia pervaserat rumor ipso tempore flagrantis urbis inisse eum domesticam scaenam et cecinisse Troianum excidium, praesentia mala vetustis cladibus adsimulantem.

40 Sexto demum die apud imas Esquilias finis incendio factus, prorutis per inmensum aedificiis, ut continuae violentiae campus et velut vacuum caelum occurreret. necdum demptus metus

---

21. *amissis — victus* 'nachdem sie all ihr Hab und Gut, ja selbst das tägliche Brot verloren'. *diurni victus* ist Gen. epexeg. (s. zu 4, 7, 10) abhängig von dem aus *amissis fortunis* zu ergänzenden *amissa fortuna*, wörtlich: 'nachdem sie . . . das Gut, das in dem täglichen Brot besteht (das tägliche Brot als Gut), verloren'. | 23. *defendere* scil. *ignem*.

39. 2. *domui*. Der Palast erstreckte sich vom palatinischen bis zum esquilinischen Hügel, auf welchem die von Maecenas dem kaiserlichen Hause vermachten Gärten lagen. | 3. *continuare* 'aneinanderreihen' wie Sall. Cat. 20, 11 *binas aut amplius domos continuare*, Liv. 34, 4, 9 *ingens cupido agros continuandi* u. a. | Zu *sisti potuit* ist *ignis* Subjekt. Wegen *quin* vgl. Liv. 4, 43, 11 *vix deorum opibus, quin obruatur Romana res, resisti posse*. | 4. *haurire*, vom Feuer, s. 3, 72, 7. | 5. Die *monumenta Agrippae*, alle auf dem Marsfelde gelegen, sind: *campus Agrippae* und südlich davon zwischen der Via Lata und Flaminia: *Pantheon, thermae Agrippae, basilica Neptuni, diribitorium, saepta Iulia.* Über die Gärten des Nero s. zu 14, 14. | 6. *quin etiam* in Anastrophe auch Agr. 26, Germ. 3 u. öfter nach Vergils Vorgang (Aen. 8, 485). | 9. *frumenti* scil. *plebis*. S. zu Kp. 18. | 10. *in inritum cadere* auch Kp. 51, hist. 3, 53, nach Liv. 2, 6, 1 *tantae ad inritum cadentis spei*. | 13. *adsimulantem* (nicht 'vergleichend', sondern) 'angleichend, gleichmachend', vgl. Verg. Aen. 12, 224 *formam adsimulata Camerti*. Die *vetustae clades* (den Brand von Troja) besang er, die *praesentia mala* ('die jetzige Feuersbrunst') meinte er.

40. 1. *imas*, nach Osten am Campus Esquilinus. | 2. *per inmensum* wie Agr. 23, vgl. *in inmensum* G. 6, hist. 5, 11 (nach dem Vorgang von Sall. Jug. 48, 3; 92, 5). | 3. *vacuum caelum* ist eine Hyperbel, die be-

aut redierat plebi spes: rursum grassatur ignis patulis magis urbis locis; eoque strages hominum minor, delubra deum et porticus amoenitati dicatae latius procidere. plusque infamiae id incendium habuit, quia praediis Tigellini Aemilianis proruperat videbaturque Nero condendae urbis novae et cognomento suo appellandae gloriam quaerere. quippe in regiones quattuordecim Roma dividitur, quarum quattuor integrae manebant, tres solo tenus deiectae: septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant, lacera et semusta.

Domuum et insularum et templorum, quae amissa sunt, 41
numerum inire haud promptum fuerit: sed vetustissima religione quod Servius Tullius Lunae, et magna ara fanumque, quae praesenti Herculi Arcas Evander sacraverat, aedesque Statoris Iovis vota Romulo Numaeque regia et delubrum Vestae cum Penatibus populi Romani exusta; iam opes tot victoriis quaesitae et Graecorum artium decora, exin monumenta ingeniorum antiqua et incorrupta, *ut,* quamvis in tanta resurgentis urbis pulchritudine, multa seniores meminerint, quae reparari nequibant. fuere qui adnotarent XIIII Kal. Sextiles

---

deutet, dafs das Feuer nach dieser Seite keine Nahrung mehr fand. | 7. Die Aemiliana, wo diese Grundstücke lagen, bilden einen kleinen Stadtteil zwischen dem Kapitol und dem Quirinalis. | *prorumpere* mit dem Ablativ, s. zu 13, 44 *cubiculoque prorumpit.* | 8. *cognomento* 'Name'. | 9. Über die 14 Regionen s. zu 14, 12. | 10. *dividitur* 'ist geteilt'.

41. 1. *insulae* sind grofse Häuserkomplexe, die vermietet wurden. Daher *insularius* einer, der zur Miete wohnt. | 2. *vetustissima religione* Abl. qual. zu *quod* sc. *templum* (weshalb das Komma vor *quod* fehlen mufs), *ara fanumque, aedesque, regia et delubrum* 'von uralter Heiligkeit'. Freier übersetzt: 'von den uralten Heiligtümern brannte das ab, was u. s. w.' | 3. Der Tempel der Luna lag am Aventinus nach dem Cirkus zu, die *magna ara* oder *ara maxima Herculis* auf dem Forum boarium dicht vor dem Cirkus, der Tempel des Hercules Victor nahe dabei an der Tiber, die Regia zwischen den Tempeln des Jupiter Stator und der Vesta an der Südwestseite des Forums. | 4. *praesenti Herculi.* Nach der bekannten Erzählung bei Liv. 1, 7 kam Hercules auf seiner Rückkehr aus Spanien mit den Rindern des Geryon durch Rom. | *sacraverat* (von Ritter fälschlich in *sacraverant* geändert) durchaus klassisch — statt vieler Beispiele nur Cic. Tusc. 5, 30, 85 *voluptatem cum honestate Dinomachus et Callipho copulavit* (s. Seyffert-Müller zu Cic. Lael. 4, 14 S. 78). Bei Tac. steht der Singular z. B. so 12, 45 *quis* (sc. *militibus*) *Caelius Pollio praefectus, centurio Casperius praeerat* (Halm *praeerant*), hist. 5, 12 *extrema et latissima moenium Simo, mediam urbem Ioannes templum Eleazarus firmaverat. multitudine Ioannes ac Simo, Eleazarus loco pollebat* (s. Nipperdey-Andresen: Anhang zu 12, 12 *illustres Parthi rexque Arabum Acbarus advenerat*). Weil die Klassiker auch bei Personen das gemeinschaftliche Prädikat sehr häufig ohne besonderen Grund in den Singular setzen, so ist es nicht nötig bei Tac. in diesem Fall nach Gründen zu suchen, wie es Nipp.-Andresen in dem Anhange thun. | 6. *iam* 'ferner'. | Das Verb zu *opes* liegt noch in *exusta.* | 7. *monumenta — incorrupta* sc. *exusta* 'alte und unverfälschte Geistesdenkmale'. Bücher sind gemeint. | 8. *quamvis in — pulchritudine,* vgl. dial. 25 *scias, quamvis in diversis ingeniis, esse quandam iudicii similitudinem.* | 10. Das Datum XIIII Kal. Sext. ist richtig, wenn man an-

principium incendii huius ortum, quo et Senones captam urbem inflammaverint. alii eo usque cura progressi sunt, ut totidem annos mensesque et dies inter utraque incendia numerent.

42 Ceterum Nero usus est patriae ruinis extruxitque domum, in qua haud perinde gemmae et aurum miraculo essent, solita pridem et luxu vulgata, quam arva et stagna et in modum solitudinum hinc silvae, inde aperta spatia et prospectus, magistris et machinatoribus Severo et Celere, quibus ingenium et audacia erat etiam, quae natura denegavisset, per artem temptare et viribus principis inludere. namque ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressuros promiserant, squalenti litore aut per montes adversos. neque enim aliud umidum gignendis aquis occurrit quam Pomptinae paludes: cetera abrupta aut arentia, ac si perrumpi possent, intolerandus labor nec satis causae. Nero tamen, ut erat incredibilium cupitor, effodere proxima Averno iuga conisus est, manentque vestigia inritae spei.

43 Ceterum urbis quae domui supererant non, ut post Gallica incendia, nulla distinctione nec passim erecta, sed dimensis vicorum ordinibus et latis viarum spatiis cohibitaque aedificio-

---

nimmt, daſs die Gallier schon am Tage nach der Schlacht an der Allia, die den 18. Juli oder XV Kal. Sext. stattfand, Rom in Brand gesteckt haben, was aber nicht feststeht. | 12. *totidem* 'gleichviel' d. h. in 454 Jahren stecken 418 Jahre, Monate und Tage. Die Gleichung ist $x + \frac{x}{12} + \frac{x}{365} = 454$, Resultat: $418\,{}^{1}/_{50}$. Alberne Spielerei eines müſsigen Kopfes!

42. 1. *domum.* Es ist die *domus aurea,* genauer beschrieben von Sueton (Nero 31). Als der Palast fertig war, erklärte Nero: *se quasi hominem tandem habitare coepisse.* | 2. Über *haud perinde quam* s. Einl. § 93. | 5. *ingenium* 'erfinderischer Geist', 12, 66, 10. | 7. *inludere* 'sein Spiel treiben', wie hist. 2, 94 *(pecuniae) inludere* 'umspringen mit' d. h. 'vergeuden'. | 8. *deprimere fossam* 'einen Graben ziehen' auch beim Auct. B. Gall. 8, 9, 3; 40, 3. Vgl. 12, 57 *operis — haud satis depressi.* | 9. *squalenti* 'wüst, steril' nach Verg. Georg. 1, 507 *squalent abductis arva colonis.* | 10. *umidum gignendis aquis,* vgl. Curt. 8, 9, 12 *ad interiora ... ita alendis frugibus mitia,* 6, 4, 21 *uberrimum gignendis uvis solum.* | 13. *cupitor* auch 12, 7. | Nach Sueton sollte die Länge des projektierten Kanals 160 Millien betragen und die Breite so groſs sein, daſs zwei Fünfruderer sich ausweichen könnten. Der Zweck sei gewesen, *ut navibus nec tamen mari iretur.* | 14. *manent* 'es haben sich erhalten, bestehen noch' so 2, 60 u. a., Cic. pro Rosc. Am. § 27 *vestigia remanent.*

43. 1. *urbis quae domui supererant* 'was von der Stadt über den Palast hinaus vorhanden war' d. h. 'was — für den Palast nicht in Anspruch genommen wurde, der Palast übrig lieſs', vgl. Liv. 21, 4, 7 *id, quod gerendis rebus superesset, quieti datum.* Ähnlich hist. 1, 79; 4, 60 *proelio superfuerant,* Liv. 8, 11, 5 *pugnae superfuerant,* 9, 38, 3 *superfuit caedi,* 5, 40, 2 *non superesse exitio,* Quint. 10, 3, 26 *cui* sc. *labori non plus inrogandum est quam quod somno supererit, haud deerit.* | 2. *dimensis — ordinibus* wie 1, 61 *dimensis principiis,* Caes. B. G. 2, 19, 5 *opere dimenso,* bes. als militärischer term. techn. verwandt.

rum altitudine ac patefactis areis additisque porticibus, quae frontem insularum protegerent. eas porticus Nero sua pecunia extructurum purgatasqua areas dominis traditurum pollicitus est. addidit praemia pro cuiusque ordine et rei familiaris copiis, finivitque tempus, intra quod effectis domibus aut insulis apiscerentur. ruderi accipiendo Ostienses paludes destinabat, utique naves, quae frumentum Tiberi subvectavissent, onustae rudere decurrerent, aedificiaque ipsa certa sui parte sine trabibus saxo Gabino Albanove solidarentur, quod is lapis ignibus impervius est; iam aqua privatorum licentia intercepta quo largior et pluribus locis in publicum flueret, custodes *adessent*, et subsidia reprimendis ignibus in propatulo quisque haberet; nec communione parietum, sed propriis quaeque muris ambirentur. ea ex utilitate accepta decorem quoque novae urbi attulere. erant tamen qui crederent, veterem illam formam salubritati magis conduxisse, quoniam angustiae itinerum et altitudo tectorum non perinde solis vapore perrumperentur: at nunc patulam latitudinem et nulla umbra defensam graviore aestu ardescere.

Et haec quidem humanis consiliis providebantur. mox 44
petita dis piacula aditique Sibyllae libri, ex quibus supplicatum Volcano et Cereri Proserpinaeque, ac propitiata Iuno per matronas, primum in Capitolio, deinde apud proximum mare, unde hausta aqua templum et simulacrum deae persper-

---

4. *areae* sind freie Hofplätze im Innern, die Luft und Licht zulassen. | 6. *purgatas* d. h. vom Schutt befreit und geebnet. | 8. *intra quod* gehört zu *effectis — insulis* 'innerhalb der sie die Paläste oder Mietshäuser vollendet haben müfsten, um sie zu erlangen'. Vgl. 4, 67 *quam Seianus augere etiam in urbe suetus acrius turbabat*, 6, 45 *quanto modicus privatis aedificationibus ne publice quidem nisi duo opera struxit*, 11, 38 *quod frustra iugulo aut pectori admovens ictu tribuni transigitur*, hist. 5, 7 *circa cuius os lectae arenae in vitrum excoquuntur* (Nipperdey-Andresen). Vgl. auch Kp. 44 *unde hausta aqua templum perspersum est*, Kp. 52 *cuius amoenitate captus Caesar crebro ventitabat balneasque et epulas inibat*. Die sprachliche Erscheinung ist dieselbe, die beim Relativum der Verschränkung oder Konkurrenz vorliegt in Sätzen wie Cic. de or. 1 § 128 *quae enim singularum rerum artifices singula si mediocriter adepti sunt, probantur, ea nisi omnia summa sunt in oratore, probari non potest*. | 12. *saxo*. Es soll Tuffstein (*tofus*) sein, der sehr porös ist und im Feuer nicht springt. Aber nach Plin. 36 § 166 ist er unbrauchbar: *tofus aedificiis inutilis est mortalitate, mollitia*. | 15. *custodes adessent*. Dieselbe Verbindung 1, 24; 6, 36 (*custodes aderant*); Kp. 46 (*custos adesset*). | 16. *communione parietum* ist = *communibus parietibus*. | *quaeque* bedeutet 'jedes Grundstück'. Das Neutr. plur. ist trotz des weit entfernten *aedificia* um so eher verständlich, als das voraufgehende *quisque* bedeutet 'jeder Hausbesitzer'.

44. 5. *unde hausta aqua — perspersum est* 'wo man Wasser schöpfte, um zu — besprengen', s. zu Kp. 43, 8. | *perspergere* selten, doch schon einmal in bildlichem Sinne bei Cic. de or. 1 § 159 *facetiarum quidam lepos, quo tamquam sale perspergatur omnis oratio*. Da die Frauen bei

sum est; et sellisternia ac pervigilia celebravere feminae, quibus mariti erant. sed non ope humana, non largitionibus principis aut deum placamentis decedebat infamia, quin iussum incendium crederetur. ergo abolendo rumori Nero subdidit reos et quaesitissimis poenis adfecit, quos per flagitia invisos vulgus Christianos appellabat. auctor nominis eius Christus Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio adfectus erat: repressaque in praesens exitiabilis superstitio rursum erumpebat, non modo per Iudaeam, originem eius mali, sed per urbem etiam, quo cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt celebranturque. igitur primum correpti qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens haud perinde in crimine incendii quam odio humani generis convicti sunt. et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent [aut crucibus adfixi aut flammati] atque ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat et circense ludicrum edebat, habitu aurigae permixtus plebi vel curriculo insistens. unde quamquam adversus sontes et novissima exempla meritos miseratio oriebatur, tamquam non utilitate publica, sed in saevitiam unius absumerentur.

45 Interea conferendis pecuniis pervastata Italia, provinciae

---

Tische nicht lagen, sondern saſsen, so wurden bei Lectisternien die Bilder der Göttinnen sitzend angebracht; daher *sellisternia.* | 8. *deum placamentis* wie Plin. n. h. 8, 187 (vgl. 21, 42); hist. 1, 63 *placamenta irae* (Liv. 7, 3, 2 *placamina irae*); Apul. de deo Socr. 13 *omnia animarum placamenta vel irritamenta*. Ein seltenes Wort. | *quin* 'sondern', vgl. 12, 32, 9 und s. Einl. § 99. | 11. Die Christen, welche früher von keinem römischen Schriftsteller erwähnt werden, bezeichnet auch Suet. Nero 46 als ein *genus hominum superstitionis novae ac maleficae.* Dagegen stellt ihnen Plin. epist. ad Traj. 96 (97), 8 ein besseres Zeugnis aus: *nihil aliud inveni quam superstitionem pravam et inmodicam.* Aberglaube hieſs jeder ausländische Kultus auſser den griechischen, und gehaſst wurden die Christen, weil sie weder Götzen noch das Bild des Kaisers adorierten und weil sie den Umgang mit Heiden vermieden. So exklusiv war keine Sekte. Tacitus hält die Gerüchte über sie um so eher für begründet, da ihm orientalische Kulte von der traurigsten Art bekannt waren. | 15. *atrocia aut pudenda* wie dial. 32 *foeda ac pudenda.* | 16. *qui fatebantur* von dem religiösen Bekenntnis, bei Plin. a. a. O. *confitentes.* | 18. Zu *odio* gehört noch *in,* s. zu 2, 68, 3; man verdächtigte sie des Hasses gegen das Menschengeschlecht, s. zu Z. 11. | *convictus in crimine* 'in betreff —' s. zu 2, 41, 13; schon Cic. pro Sulla § 83 *in hoc scelere convictus,* wie hist. 1, 13 *suspectum in eadem Poppaea — seposuit.* | 19. *terga* statt *tergora,* s. 4, 72, 6. | 21. *ubi* mit dem Konjunktiv der Wiederholung, auch 3, 2; 26 und öfter seit Livius, s. Einl. § 88. | Sie werden mit brennbaren Stoffen umwickelt und an einen Pfahl gebunden. | *hortos suos,* jenseits der Tiber am Vatican. | 24. *novissima exempla,* s. zu 12, 20, 10 *meritum quidem novissima exempla.* | 25. *in saevitiam unius,* s. 14, 63.

45. 1. Die Provinzen standen unter Statthaltern und zahlten Tribut. Am schlechtesten hatten es die *stipendiarii* (hier mit *provinciae* gemeint).

eversae sociique populi et quae civitatium liberae vocantur. inque eam praedam etiam di cessere, spoliatis in urbe templis egestoque auro, quod triumphis, quod votis omnis populi Romani aetas *per* prospera aut in metu sacraverat. enimvero per Asiam atque Achaiam non dona tantum, sed simulacra numinum abripiebantur, missis in eas provincias Acrato ac Secundo Carrinate. ille libertus cuicumque flagitio promptus, hic Graeca doctrina ore tenus exercitus animum bonis artibus non inbuerat. ferebatur Seneca, quo invidiam sacrilegii a semet averteret, longinqui ruris secessum oravisse, et postquam non concedebatur, ficta valetudine, quasi aeger nervis, cubiculum non egressus. tradidere quidam venenum ei per libertum ipsius, cui nomen Cleonicus, paratum iussu Neronis vitatumque a Seneca proditione liberti seu propria formidine, dum per simplicem victum et agrestibus pomis ac, si sitis admoneret, profluente aqua vitam tolerat.

Per idem tempus gladiatores apud oppidum Praeneste 46
temptata eruptione praesidio militis, qui custos adesset, coerciti

---

Sie mufsten schwere Abgaben entrichten, waren der Jurisdiktion der Statthalter unterstellt und hatten unter fortwährenden Ein- und Übergriffen in ihre Verwaltung zu leiden. Die *socii* sind hier wohl nur die Völker der mit Rom verbündeten Könige, die zwar in der inneren Verwaltung selbständig, aber in der äufseren Politik sehr abhängig sowie zur Stellung von Truppen und Schiffen verpflichtet waren. Manche zahlten auch Tribut. Dafs nun auch *civitates liberae* zu Beiträgen herangezogen werden, scheint ungerecht, denn dies waren einzelne bevorzugte Städte in den Provinzen, die in Verwaltung, Gesetzgebung und Rechtspflege Autonomie besafsen. Doch ist die *immunitas* (Abgabenfreiheit) nicht notwendig mit dieser Form der Freiheit verbunden, und überhaupt werden diese Städte schon unter der Republik, noch mehr aber unter den Kaisern sehr willkürlich behandelt. | 3. *cedere* 'anheimfallen', selten mit einem Subjekt der Person: hist. 1, 70 *Noricos in cetera victoriae praemia cessuros,* Curt. 7, 6, 16 *reliqui in praedam cessere victoris.* | 4. *triumphis, votis* 'aus Anlafs von —', erweiterter Abl. causae, s. zu 3, 24, 15. | 5. *per prospera* wie 11, 15 *ne ritus . . . per prospera oblitterarentur.* | 6. *non tantum, sed,* aufsteigend ad maius s. Einl. § 67. | 9. *ore tenus* 'nur mit der Zunge'. Vgl. zu Kp. 6 *nomine tenus.* | 12. *aeger nervis* 'an Neuralgie leidend'; *nervi* 'die Muskeln'. Suet. Vesp. 7 *propter nervorum valitudinem vix ingredi,* Fronto ad am. 1, 15 p. 184 Nab. *nervorum dolor me invasit* (Nipp.-Andresen). | 13. *egredi* 'hinausgehen' mit Acc., s. 1, 30, 5 zu *egredi tentoria.* | 16. *agrestis* = ἄγριος 'wild wachsend', vgl. Germ. 23 *cibi simplices, agrestia poma.* | 17. *tolerat.* Die Aufhebung der or. obl. besonders nach *dum* gar nicht auffällig, s. zu 1, 10, 8.

46. 1. *apud* 'in'. | Praeneste lag fünf Meilen östlich von Rom. | 2. *praesidio militis, qui custos* (sc. *eruptioni*) *adesset* 'durch die Besatzungsmannschaft, welche darüber wachen (den Ausbruch verhüten) sollte'. Das war die Bestimmung, die ihnen der Kaiser auferlegt hatte. Der Konjunktiv steht gerade so hist. 1, 11 *Aegyptum copiasque, quibus coerceretur, iam inde a divo Augusto equites Romani obtinent loco regum* 'durch die es im Zaum gehalten werden sollte' nach der Bestimmung des Augustus, Germ. 29 *Chattorum quondam populus in eas sedes transgressus,*

sunt, iam Spartacum et vetera mala rumoribus ferente populo, ut est novarum rerum cupiens pavidusque. nec multo post clades rei navalis accipitur, non bello (quippe haud alias tam immota pax), sed certum ad diem in Campaniam redire classem Nero iusserat, non exceptis maris casibus. ergo gubernatores, quamvis saeviente pelago, a Formiis movere; et gravi Africo, dum promunturium Miseni superare contendunt, Cumanis litoribus inpacti triremium plerasque et minora navigia passim amiserunt.

47 Fine anni vulgantur prodigia inminentium malorum nuntia. vis fulgurum non alias crebrior, et sidus cometes, sanguine inlustri semper Neroni expiatum. bicipites hominum aliorumve animalium partus abiecti in publicum aut in sacrificiis, quibus gravidas hostias inmolare mos est, reperti. et in agro Placentino viam propter natus vitulus, cui caput in crure esset; secutaque haruspicum interpretatio, parari rerum humanarum aliud caput, sed non fore validum neque occultum, quia in utero repressum aut iter iuxta editum sit.

48 Ineunt deinde consulatum Silius Nerva et Atticus Vestinus, coepta simul et aucta coniuratione, in quam certatim nomina dederant senatores eques miles, feminae etiam, cum odio Neronis, tum favore in C. Pisonem. is Calpurnio genere ortus

---

in quibus pars Romani imperii fierent 'wo sie ein Bestandteil des römischen Reiches werden sollten' nach der Bestimmung des Schicksals. | Zum Ausdruck vgl. Hor. C. 3, 4, 78 *ales nequitiae* ('gegen —') *additus custos* und s. zu 3, 24, 1. | 3. Der Aufstand des Spartacus dauerte von 73—71 v. Chr. | *rumoribus ferre* 'bereden' nach Liv. 4, 5, 6 *ferte sermonibus et multiplicate fama bellum*, Caes. B. C. 2, 17, 2 *haec omnibus ferebat sermonibus*, Liv. 23, 31, 13 *patres ita fama ferebant*. | 8. Formiae lag in Latium. Die Fahrt ging also südöstlich mit halbem Winde; der Africus ist nach der zwölfteiligen Windrose der WSW. | 9. *Miseni* statt *Misenum*, wie 6, 50, 5. | 11. *passim* 'in Menge', s. 14, 15, 2.

47. 2. *sidus cometes* auch 14, 22. Im Jahre 60, wo ebenfalls ein Komet erscheint und Nero durch einen Blitzschlag in nächster Nähe in Schrecken gerät, begnügt er sich, den Rubellius Plautus zu verbannen. Daher das folgende *semper* eine Übertreibung enthält. | 5. Placentia, seit 219 v. Chr. Kolonie, liegt am rechten Ufer des mittleren Po. | 6. *esset* im konsekutiven Relativsatz, die Beschaffenheit bezeichnend; bei Tac. nicht häufig: z. B. 1, 11 *in rebus, quas non occuleret*, hist. 4, 81 *multa miracula evenere, quis caelestis furor et quaedam in Vespasianum inclinatio numinum ostenderetur*. Vgl. Kp. 46, 2. | 9. *aut* = *et vicissim* 'und andererseits', s. zu 1, 16, 6.

48. 1. Ein Silius Nerva, wahrscheinlich der Vater des obigen, ist Konsul im J. 28. Vestinus ist vielleicht ein Sohn des gleichnamigen römischen Ritters aus Vienna, den Kaiser Claudius in seiner als Inschrift erhaltenen Rede rühmend erwähnt. | 2. *coepta* kann nicht bedeuten, daſs die Verschwörung erst jetzt im J. 65 entstand, sondern sie 'war entstanden' und bestand bereits (nach Kp. 50 *ardente domo*) im vorigen Jahre, und schon 14, 65 wird auf ihre Entstehung, also aus dem J. 62, hingewiesen. | 3. *senatores* ctt. Über den Wechsel des Numerus s. Einl. § 3. | 4. Dem C. Calpurnius Piso, dessen Vater unbekannt ist, war an

ac multas insignesque familias paterna nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat per virtutem aut species virtutibus similes. namque facundiam tuendis civibus exercebat, largitionem adversum amicos et *in* ignotis quoque, comi sermone et congressu; aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies: sed procul gravitas morum aut voluptatum parsimonia; levitati ac magnificentiae et aliquando luxu indulgebat, idque pluribus probabatur, qui in tanta vitiorum dulcedine summum imperium non restrictum nec perseverum volunt.

49 Initium coniurationi non a cupidine ipsius fuit: nec tamen facile memoraverim, quis primus auctor, cuius instinctu concitum sit, quod tam multi sumpserunt. promptissimos Subrium Flavum tribunum praetoriae cohortis et Sulpicium Asprum centurionem extitisse constantia exitus docuit; et Lucanus Annaeus Plautiusque Lateranus vivida odia intulere. Lucanum propriae causae accendebant, quod famam carminum eius premebat Nero prohibueratque ostentare, vanus adsimulatione: Lateranum consulem designatum nulla iniuria, sed amor rei publicae sociavit. at Flavius Scaevinus et Afranius Quintianus, uterque senatorii ordinis, contra famam sui principium tanti

---

seinem Hochzeitstage von Kaiser Caligula, der sich unter den Gästen befand, seine Frau Orestilla geraubt worden. Caligula ward ihrer nach wenig Tagen überdrüssig, verstiefs sie und verbannte sie nebst dem Piso, den erst Claudius zurückberief. Ein Unbekannter (Calpurnius, der Bukoliker?) dichtete auf ihn den noch vorhandenen Panegyricus in Pisonem. | 8. *in ignotis quoque* 'auch wo es sich um Unbekannte handelte', s. zu 2, 41, 13; nicht viel verschieden von *(largitionem) in ignotos quoque,* nur dafs *in* c. Abl. wie *adversum* (s. zu 12, 54, 16) von keinem bestimmten Satzglied abhängt, sondern eine selbständige Stellung einnimmt. Der Wechsel *adversus* — *in* (allerdings c. Acc.) noch zweimal: 12, 20 und 12, 55. | *et* — *quoque,* s. zu 4, 7, 12. | 9. *fortuita* 'vom Zufall abhängige Äufserlichkeiten'. | 10. *voluptatum* ('im Genufs') *parsimonia* (statt *temperantia*). Der Gen. obj. ebenso auffallend wie hist. 1, 46 *vulgi* (= *in milites gregarios*) *largitio,* 2, 59 *in adpulsu litoris.* | 11. *luxu* wie 3, 30. 34; 15, 48; hist. 2, 71; *luxui* steht ann. 12, 5; 14, 15. | 12. *pluribus* fast = 'der Menge' (wie Z. 6 *apud vulgum*). | 13. *restrictus* 'straff'.

49. 5. Lucanus, Sohn des L. Annaeus Mela, der Senecas Bruder war, im J. 39 zu Corduba in Spanien geboren, gehörte anfangs zu Neros Freunden, dem er in der Einleitung seiner Pharsalia unverschämt schmeichelt. Später verleidete ihm der Kaiser das öffentliche Recitieren seiner Gedichte und soll ihm die Herausgabe derselben untersagt haben. | 6. Plautius, Neffe des Besiegers der Britannier, war unter Claudius des Ehebruchs mit Messalina angeklagt, aber aus Rücksicht auf seinen Oheim begnadigt. | 8. *vanus adsimulatione* heifst nicht 'eitel, vergeblich in dem Streben es ihm gleichzuthun' (Halm, Pfitzner), sondern 'eitel, thöricht in Bezug auf die Gleichstellung' d. i. 'weil er sich ihm thörichter Weise gleich stellte'. Das Verbum *adsimulare* ist Kp. 39 ähnlich gebraucht. Das Motiv für Nero war natürlich Eifersucht. | 11. *famam sui,* s. Einl. § 42. | *principium* — *capessivere* 'griffen mit Eifer das so gefährliche Werk an, als es sich im ersten Stadium befand'. Später wurde es anders, wie Kp. 56 zeigt.

facinoris capessivere. nam Scaevino dissoluta luxu mens et proinde vita somno languida: Quintianus mollitia corporis infamis et a Nerone probroso carmine diffamatus contumeliam ultum ibat.

50 Ergo dum scelera principis, et finem adesse imperio deligendumque, qui fessis rebus succurreret, inter se aut inter amicos iaciunt, adgregavere Claudium Senecionem, Cervarium Proculum, Vulcatium Araricum, Iulium Augurinum, Munatium Gratum, Antonium Natalem, Marcium Festum, equites Romanos. ex quibus Senecio, e praecipua familiaritate Neronis, speciem amicitiae etiam tum retinens eo pluribus periculis conflictabatur: Natalis particeps ad omne secretum Pisoni erat, ceteris spes ex novis rebus petebatur. adscitae sunt super Subrium et Sulpicium, de quibus rettuli, militares manus, Gavius Silvanus et Statius Proxumus tribuni cohortium praetoriarum, Maximus Scaurus et Venetus Paulus centuriones. sed summum robur in Faenio Rufo praefecto videbatur, quem vita famaque laudatum per saevitiam inpudicitiamque Tigellinus in animo principis anteibat fatigabatque criminationibus ac saepe in metum adduxerat quasi adulterum Agrippinae et desiderio eius ultioni intentum. igitur ubi coniuratis praefectum quoque praetorii in partes descendisse crebro ipsius sermone facta fides, promptius iam de tempore ac loco caedis agitabant. et cepisse impetum Subrius Flavus ferebatur in scaena canentem Neronem adgrediendi, aut cum ardente domo per noctem huc illuc cursaret incustoditus. hic occasio soli-

---

13. *mollitia* statt *patientia,* s zu 11, 2, 4. | 14. *diffamatus,* s. zu 14, 22, 15. | 15. *ultum ibat* wie Kp. 1 *ire ultum volens.*

50. 2. *qui fessis rebus succurreret* 'der dem Reiche in (aus) der mißlichen Lage hülfe' (s. zu 3, 24, 1) nach Verg. Aen. 11, 335 *rebus succurrite fessis,* vgl. Aen. 3, 145 *quam fessis finem rebus ferat.* | 3. *adgregavere* sc. *sibi,* wie Caes. B. G. 4, 26, 1 *alius alia ex navi, quibuscumque signis occurrerat, se aggregabat* sc. *iis.* | Der Vater des Senecio war kaiserlicher Freigelassener, s. zu 13, 12. Die im folgenden genannten Personen sind sonst nicht bekannt. | 10. *militares manus* (statt *viri*) 'handfeste Militärs'. | 13. Faenius Rufus war nebst Tigellinus seit dem Jahre 62 Präfekt der Prätorianer. | 14. *vita famaque* Ablative des Maßstabes 'nach', s. 6, 42, 3 zu *trecenti opibus aut sapientia delecti.* | 15. *in animo principis* 'in der Gunst des Fürsten', wie es 14, 51 ebenfalls über Tigellinus heißt: *validior in animo principis*; 4, 12 *Prisca in animo Augustae valida.* | *fatigabatque — adduxerat* 'und den er unaufhörlich mit Anschuldigungen verfolgte und oft als Schreckensgespenst hingestellt hatte'. | *in (metum)* konsekutiv, s. Einl. § 49. | 18. *in partes* ohne Possessivpronomen, vgl. Kp. 51 *accingeretur — militum acerrimos ducere in partes*, 13, 2 *quae (Agrippina) habebat in partibus Pallantem* und s. 2, 76, 9 zu *nec duraturos in partibus centuriones militesque.* | 20. *cepisse impetum* 'habe einen kühnen Anlauf genommen' wie Curt. 5, 12, 1 *at Bessus occidendi protinus regis impetum cepit.* | *in scaena,* wahrscheinlich am Feste der von Nero im Jahre 59 gestifteten Juvenalien. Vgl. Kp. 33. | 21. *ardente domo,* s. Kp. 39.

tudinis, ibi ipsa frequentia tanti decoris testis pulcherrima animum exstimulaverant, nisi inpunitatis cupido retinuisset, magnis semper conatibus adversa.

Interim cunctantibus prolatantibusque spem ac metum 51
Epicharis quaedam, incertum quonam modo sciscitata (neque illi ante ulla rerum honestarum cura fuerat), accendere et urgere coniuratos, ac postremum lentitudinis eorum pertaesa et in Campania agens primores classiariorum Misenensium labefacere et conscientia inligare conisa est tali initio. erat nauarchus in ea classe Volusius Proculus, occidendae matris Neroni inter ministros, non ex magnitudine sceleris provectus, ut rebatur. is mulieri olim cognitus, seu recens orta amicitia, dum merita erga Neronem sua, et quam in inritum cecidissent, aperit adicitque questus et destinationem vindictae, si facultas oreretur, spem dedit posse inpelli et plures conciliare: nec leve auxilium in classe, crebras occasiones, quia Nero multo apud Puteolos et Misenum maris usu laetabatur. ergo Epicharis plura; et omnia scelera principis orditur, neque senatui *neque populo* quidquam manere. sed provisum, quonam modo poenas eversae rei publicae daret: accingeretur modo navare operam et militum acerrimos ducere in partes, ac digna pretia exspectaret; nomina tamen coniuratorum reticuit. unde Proculi indicium inritum fuit, quamvis ea, quae audierat, ad Neronem detulisset. accita quippe Epicharis et cum indice com-

---

24. *exstimulaverant.* Der Plural statt des Singulars nach zwei getrennt zu denkenden Subjekten zwar nicht regelmäſsig bei Tac., wie Heraeus zu hist. 2, 30, 14 und Halm zu ann. 16, 20, 9 sagen (s. über das Gegenteil zu 15, 41, 4), aber doch nicht selten, s. zu 3, 62, 2. | *inpunitatis cupido.* Die Begierde straflos zu bleiben ist nichts anderes als die bange Furcht (mit dem Tode) bestraft zu werden.

51. 1. *cunctantibus . . . coniuratos.* Ein ähnliches Anakoluth Val. Max. 1, 8, 6 *non audentibus Romanis proelio congredi — hortari coepit*, Just. 2, 3, 16 *uxorum flagitatione revocantur, per legatos denuntiantibus.* Ja Just. wagt 30, 3, 2 *accedebat, quod nullius magis arma metuebant reputantibus.* Vgl. ann. 14, 10, 1. | *prolatantibusque spem ac metum* 'und während sie das Ziel ihrer Hoffnung und Furcht hinausschoben', wohl eine Erweiterung des juristischen Terminus *diem prolatare* (Sall. Cat. 43, 3 *dubitando et dies prolatando*), also gewissermaſsen den Termin, wo Hoffnung oder Furcht Erfüllung sein wird, hinausschieben. | 4. Die Parataxe *pertaesa et — agens* statt Hypotaxe, wie z. B. Kp. 59 *immotus his et paululum in publico versatus,* hist. 4, 22 *sed lixarum multitudo turbata pace illuc congregata et bello ministra aderat.* Der Sinn ist: des Zauderns überdrüssig und gerade in Campanien (also in der Nähe der Flotte) sich aufhaltend, wandte sie sich an die Seeoffiziere. | 6. *conscientia inligare.* Vgl. 12, 25 *stupro eius inligatus,* 15, 1 *bellis i.*; hist. 4, 55 heiſst es *conscientia obstrinxere.* | *coniti* c. inf., auch Liv. 9, 31, 12 *coniterentur invadere.* | 9. *recens orta,* s. zu 11, 25, 12. | 15. Bei *plura* ist aus *orditur* das Verb. dicendi zu ergänzen. | *scelera orditur,* wie 4, 53 *invidiam et preces o.* u. a. | 17. *accingi* c. inf. nur noch Verg. Georg. 3, 46 *dicere.* | 20. *quamvis* statt *quamquam* durchaus klassisch, s. zu 1, 68, 17. | 21. *com-*

posita nullis testibus innisum facile confutavit. sed ipsa in custodia retenta est, suspectante Nerone haud falsa esse, etiam quae vera non probabantur.

52 **Coniuratis tamen metu proditionis permotis placitum maturare caedem apud Baias in villa Pisonis, cuius amoenitate captus Caesar crebro ventitabat balneasque et epulas inibat omissis excubiis et fortunae suae mole. sed abnuit Piso, invidiam praetendens, si sacra mensae dique hospitales caede qualiscumque principis cruentarentur: melius apud urbem in illa invisa et spoliis civium extructa domo vel in publico patraturos, quod pro re publica suscepissent. haec in commune, ceterum timore occulto, ne L. Silanus eximia nobilitate disciplinaque C. Cassii, apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem sublatus imperium invaderet, prompte daturis, qui a coniuratione integri essent quique miserarentur Neronem tamquam per scelus interfectum. plerique Vestini quoque consulis acre ingenium vitavisse Pisonem crediderunt, ne ad libertatem moveretur, vel delecto imperatore alio sui muneris rem publicam faceret. etenim expers coniurationis erat, quamvis super eo crimine Nero vetus adversum insontem odium expleverit.**

---

posita 'konfrontiert', vgl. 16, 10 *quod ubi cognitum reo seque et libertum pari sorte componi.* So wird *componere* gebraucht vom Gegenüberstellen zweier Kämpfer (Cic. ep. ad fam. 2, 8, 1 *gladiatorum compositiones*). | 22. *confutavit* 'brachte zum Schweigen'. Das Verbum, zusammengesetzt mit *futo* (*futum* = *fusum*) bedeutet ursprünglich das Beruhigen aufwallenden Wassers. Über seinen Gebrauch orientiert gut Georges' Lex. | 23. *suspectare* statt *suspicari, suspectum habere* auch 13, 47; 12, 65 u. öfter.

52. 2. *cuius — ventitabat* 'dessen anmutige Lage den Kaiser bestimmte häufig (dorthin) zu kommen', s. zu Kp. 43, 8. | 4. Durch *mole* wird lästiges Gefolge bezeichnet. | 5. *sacra* 'die Heiligkeit' der Tischgemeinschaft. Vgl. 13, 17 *inter sacra mensae.* | 6. *melius,* Adverbium des Urteils (s. zu 1, 18, 9) 'besser werde es sein, wenn sie —'. | *apud urbem* 'in Rom'. | 7. Die Stellung der betonten Attribute vor *domo* ist wie dial. 12 *apud illos dis genitos sacrosque reges.* | *in publico* 'auf der Strafse', s. zu 11, 32, 6. | 8. *haec in commune* 'so sprach er offiziell, vor der (für die) Öffentlichkeit', vgl. Kp. 15, 16. Das folgende *ceterum* (= *re vera*) drückt den eigentlichen Grund aus: 'in der That aber', wie 14, 58; 16, 32 und öfter. | 9. L. Junius Silanus Torquatus, Sohn des von Agrippina vergifteten M. Silanus (s. 13, 1) wird noch in diesem Jahre 65 verbannt und zu Barium in Apulien auf Neros Befehl ermordet. 16, 7—9. | 10. Über *C. Cassius,* der gleichzeitig nach Sardinien deportiert wird, s. zu 12, 11. | 14. *ne ad libertatem* (sc. *revocandam*) *moveretur* '— aufgeregt, gestimmt würde', vgl. hist. 4, 10, 9 *motis ad ultionem* (sc. *petendam*) *animis.* Über den energischen Gebrauch der Präposition *ad* s. zu 12, 56, 7. Zum Gedanken vgl. 2, 82 *displicere regnantibus civilia filiorum ingenia neque ob aliud interceptos, quam quia populum Romanum aequo iure complecti reddita libertate agitaverint.* | 15. *sui muneris* sc. ὅν (s. 14, 55, 2) 'zu seinem Geschenke'. | 16. *super* (= *de*) *eo crimine* fast = *hac de causa. super* 'in betreff' aus der Umgangssprache stammend schon dreimal bei Cic. ad Att.: 14, 22, 2 *cogites, quid agendum nobis sit super legatione votiva,* 10, 8, 1; 16, 6, 1. Bei Liv. öfter mit *res*

53 Tandem statuere circensium ludorum die, qui Cereri celebratur, exsequi destinata, quia Caesar rarus egressu domoque aut hortis clausus ad ludicra circi ventitabat promptioresque aditus erant laetitia spectaculi. ordinem insidiis composuerant, ut Lateranus, quasi subsidium rei familiari oraret, deprecabundus et genibus principis accidens prosterneret incautum premeretque, animi validus et corpore ingens. tum iacentem et impeditum tribuni et centuriones et ceterorum, ut quisque audentiae habuisset, adcurrerent trucidarentque, primas sibi partes expostulante Scaevino, qui pugionem templo Salutis sive, ut alii tradidere, Fortunae Ferentino in oppido detraxerat gestabatque velut magno operi sacrum. interim Piso apud aedem Cereris opperiretur, unde eum praefectus Faenius et ceteri accitum ferrent in castra, comitante Antonia, Claudii Caesaris filia, ad eliciendum vulgi favorem, quod C. Plinius memorat. nobis quoquo modo traditum non occultare in animo fuit, quamvis absurdum videretur aut inanem ad spem Antoniam nomen et periculum commodavisse aut Pisonem notum amore uxoris alii matrimonio se obstrinxisse, nisi si cupido dominandi cunctis adfectibus flagrantior est.

54 Sed mirum quam inter diversi generis ordinis, aetatis sexus, dites pauperes taciturnitate omnia cohibita sint, donec

---

wie z. B. 34, 60, 2 *super tali re*, bei Sall. nur Jug. 71, 5 *ne super tali scelere suspectum sese haberet,* bei Tac. öfter z. B. 6, 15 *superque ea re scribit,* 6, 21 *s. tali negotio* u. a. Vgl. noch Hor. C. 3, 8, 17 *mitte civiles super urbe curas.*

53. 1. Das Fest der Ceres, vom 12. bis 19. April gefeiert, endete mit circensischen Spielen: Wettrennen, Gladiatorenkämpfen, eingeleitet durch grofsartige Processionen. | 5. *deprecabundus* ist ἅπ. εἰρ. im Latein. | 6. *genibus principis accidens* wie hist. 3, 38 nach dem Vorgange des Livius 44, 31, 13 *genibus praetoris accidens.* | 7. *animi validus.* Vgl. Einl. § 44, b. | *iacentem* ... *adcurrerent trucidarentque. adcurrere* mit Acc. wie Apul. met. 3, 21; 4, 14. Möglich, dafs an unserer Stelle (für Tac. ἅπ. εἰρ.) *trucidarent* die Konstruktion beeinflufst hat. S. Einl. § 25, c. | 8. *ut quisque audentiae* ctt. d. h. *pro ea qua quisque esset audentia,* ist ein vereinzelter Gräcismus. So steht ἔχειν mit dem Gen. der Beziehung nach ὡς, ὅπως, οὕτως, πῶς. | 9. *audentia,* auch Germ. 31 und 34. | 10. *expostulare* statt *postulare* s. zu Kp. 17 am Ende. | 11. Ferentinum lag in Latium, im Gebiete der Herniker. | 12. *velut* bedeutet, dafs er den Dolch wirklich als geweiht ansah. | *apud* 'in'. | 13. Der uralte Cerestempel lag zwischen dem Aventin und dem Circus nach der Tiber zu. | 14. Über Antonia, die Tochter des Claudius und der Paetina, s. zu 12, 2. Nero liefs sie zwischen 66 und 68 ermorden. | 15. Über die verloren gegangene Kaisergeschichte des älteren Plinius s. zu 13, 20. | 19. *se obstringere* mit dem Dativ der Sache auch bei Lact. 3, 18, 6 *eidem sceleri obstrictus est.* | *nisi si* 'es müfste denn sein, dafs' wie 6, 25, Agr. 32; c. Conj. Germ. 2 *quis Germaniam peteret nisi si patria sit.* Ein Unterschied des Sinnes, den auch Gerber und Greef (Lex. p. 945) annehmen, ist nicht vorhanden, nur dafs Germ. 2 das *nisi* durch das fragende *quis* (= *nemo*) mit beeinflufst ist.

proditio coepit e domo Scaevini; qui pridie insidiarum multo sermone cum Antonio Natale, dein regressus domum testamentum obsignavit, promptum vagina pugionem, de quo supra rettuli, vetustate obtusum increpans, asperari saxo et in mucronem ardescere iussit eamque curam liberto Milicho mandavit. simul adfluentius solito convivium initum, servorum carissimi libertate et alii pecunia donati. atque ipse maestus et magnae cogitationis manifestus erat, quamvis laetitiam vagis sermonibus simularet. postremo vulneribus ligamenta quibusque sistitur sanguis paret ematque eundem Milichum monet, sive gnarum coniurationis et illuc usque fidum, seu nescium et tunc primum arreptis suspicionibus, ut plerique tradidere. de consequentibus *consentitur*. nam cum secum servilis animus praemia perfidiae reputavit simulque inmensa pecunia et potentia obversabantur, cessit fas et salus patroni et acceptae libertatis memoria. etenim uxoris quoque consilium adsumpserat muliebre ac deterius: quippe ultro metum intentabat, multosque adstitisse libertos ac servos, qui eadem viderint: nihil profuturum unius silentium; at praemia penes unum fore, qui indicio praevenisset.

55 Igitur coepta luce Milichus in hortos Servilianos pergit; et cum foribus arceretur, magna et atrocia adferre dictitans deductusque ab ianitoribus ad libertum Neronis Epaphroditum,

---

54. 3. *coepit* 'ging aus', vgl. hist. 2, 47 *civile bellum a Vitellio coepit.* | *multo sermone,* Abl. qualitatis, scil. *erat* 'er unterhielt sich lange', s. Einl. § 38. | 5. *promere* mit bloſsem Ablat. nach dem Vorgang des Verg. (Aen. 2, 260 *laetique cavo se robore promunt*). Ebenso *depromere* 6, 40, hist. 4, 22. S. Einl. § 34, b. | 6. *asperare* statt *acuere* auch Germ. 46. | 7. *in mucronem.* Über das konsekutive *in* s. Einl. § 49. | *ardescere* 'zugespitzt werden', eigentlich 'aufblitzen, blank werden', wie Lucan. 7, 139 *nec gladiis habuere fidem nisi cotibus asper exarsit mucro.* | 9. *et alii* für *alii — alii* wie 1, 63 *ut opus et alii proelium inciperent,* 12, 41 und öfter. | 10. Über *manifestus* mit dem Genetiv s. zu 2, 85, 7. | *vagis* 'unstät, von einem Thema zum andern überspringend', eine Folge der Aufregung. | 14. *arreptis suspicionibus.* Mit dem ungewöhnlichen *arreptis* wird die Freude und Gier bei der Entdeckung bezeichnet. | 15. *cum — reputavit.* cum coincidens. | 19. *ultro* (sie) ihrerseits wie Kp. 55 Z. 17, hist. 4, 23 *ultro ipsi obpugnatores ignibus petebantur* u. a. | *multosque* ctt. Wir knüpfen auch wohl so lose mit 'und' an (in der Umgangssprache). | *metum intentabat* wie 3, 28 *terror omnibus intentabatur.* | 20. *qui eadem viderint* 'welche dasselbe (nicht bloſs gesehen, sondern) erlebt haben', also 'wissen'. Über *vidi* 'ich weiſs' s. Seyffert-Müller zu Lael. p. 274 u. f.

55. 1. Da Nero im J. 68 auf seiner Flucht nach Ostia in den *hortis Servilianis* verweilt, so müssen diese zwischen Rom und Ostia gelegen haben. | 3. Epaphroditus hatte das Amt *a libellis* und war Nachfolger des im J. 62 von Nero vergifteten Doryphorus. Weil er später dem Kaiser beim Selbstmorde behilflich war (Sueton 49 *ferrum iugulo adegit, iuvante Epaphrodito a libellis*), so lieſs ihn Domitian, bei welchem er dasselbe Amt verwaltete, hinrichten, um zu zeigen, daſs ein Diener niemals zum Tode des Herrn beitragen dürfe.

mox ab eo ad Neronem, urgens periculum, graves coniuratos et cetera, quae audiverat *aut* coniectaverat, docet. telum quoque in necem eius paratum ostendit accirique reum iussit. is raptus per milites et defensionem orsus, ferrum, cuius argueretur, olim religione patria cultum et in cubiculo habitum ac fraude liberti subreptum respondit, tabulas testamenti saepius a se et incustodita dierum observatione signatas. pecunias et libertates servis et ante dono datas, sed ideo tunc largius, quia tenui iam re familiari et instantibus creditoribus testamento diffideret. enimvero liberales semper epulas struxisse, *vixisse* vitam amoenam et duris iudicibus parum probatam. fomenta vulneribus nulla iussu suo, sed quia cetera palam vana obiecisset, adiungere crimen, cuius se pariter indicem et testem faceret. adicit dictis constantiam; incusat ultro intestabilem et consceleratum, tanta vocis ac vultus securitate, ut labaret indicium, nisi Milichum uxor admonuisset Antonium Natalem multa cum Scaevino ac secreta conlocutum et esse utrosque C. Pisonis intimos.

Ergo accitur Natalis, et diversi interrogantur, quisnam is 56
sermo, qua de re fuisset. tum exorta suspicio, quia non congruentia responderant, inditaque vincla. et tormentorum aspectum ac minas non tulere: prior tamen Natalis, totius conspirationis magis gnarus, simul arguendi peritior, de Pisone primum fatetur, deinde adicit Annaeum Senecam, sive internuntius inter eum Pisonemque fuit sive ut Neronis gratiam pararet, qui infensus Senecae omnes ad eum opprimendum artes conquirebat. tum cognito Natalis indicio Scaevinus quoque pari inbecillitate an cuncta iam patefacta credens nec ullum silentii emolumentum, edidit ceteros. ex quibus Lucanus Quintianusque et Senecio diu abnuere: post promissa inpunitate corrupti, quo tarditatem excusarent, Lucanus Aciliam matrem suam,

---

7. *cuius* 'wegen dessen', eine prägnante Konstruktion. | 10. *incustodita* (hier = *non custodita*) *dierum observatione,* ein pleonastischer Ausdruck 'ohne dafs er bestimmten Tagen (also auch dem gestrigen nicht) besondere Beachtung geschenkt hätte'. | 11. *et ante* 'schon vorher', s. zu 14, 7, 8. | 13. *vixisse vitam*, figura etymologica wie 12, 31 *clara facinora fecere.* Vgl. Cic. Verr. II 2 § 118 *quo tutiorem sese vitam meo praesidio victuros esse arbitrarentur,* pro Cluent. § 170 *ut illam, quam tum ille vivebat, vitam esse arbitraretur.* | 14. *fomenta vulneribus nulla* sc. *parata.* | 15. *quia — obiecisset* 'weil die übrigen Anschuldigungen, die er vorgebracht, offenbar nichtig seien'. | 16. *pariter indicem et testem,* s. zu 13, 39, 13. | 17. *constantiam* 'Gelassenheit'.

56. 1. *diversi* 'getrennt, einzeln'. | 3. *vincla indere* auch 11, 1, 32. | 3. *tormentorum.* Nur Sklaven wurden gefoltert. Geplante Attentate auf den Kaiser aber brachten auch Freigeborene auf die Folter. | 5. *arguendi peritior* 'ein gewiegterer Denunziant'. | 10. *inbecillitate an — credens* ganz wie 2, 22 *metu invidiae an ratus conscientiam facti satis esse.* | 12. *corrupti* 'verleitet'. | 13. *Acilia* war die Tochter eines Redners Acilius Lucanus aus Corduba.

Quintianus Glitium Gallum, Senecio Annium Pollionem, amicorum praecipuos, nominavere.

57 Atque interim Nero recordatus Volusii Proculi indicio Epicharim attineri ratusque muliebre corpus impar dolori tormentis dilacerari iubet. at illam non verbera, non ignes, non ira eo acrius torquentium, ne a femina spernerentur, pervicere, quin obiecta denegaret. sic primus quaestionis dies contemptus. postero cum ad eosdem cruciatus retraheretur gestamine sellae (nam dissolutis membris insistere nequibat), vinclo fasciae, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellae restricto indidit cervicem et corporis pondere conisa tenuem iam spiritum expressit, clariore exemplo libertina mulier in tanta necessitate alienos ac prope ignotos protegendo, cum ingenui et viri et equites Romani senatoresque intacti tormentis carissima suorum quisque pignorum proderent. non enim omittebant Lucanus quoque et Senecio et Quintianus passim conscios edere, magis magisque pavido Nerone, quamquam multiplicatis excubiis semet saepsisset.

58 Quin et urbem, per manipulos occupatis moenibus, insesso etiam mari et amne, velut in custodiam dedit. volitabantque per fora, per domos, rura quoque et proxima municipiorum pedites equitesque, permixti Germanis, quibus fidebat princeps quasi externis. continua hinc et vincta agmina trahi ac foribus hortorum adiacere. atque ubi dicendam ad causam introissent, latens tantum erga coniuratos et fortuitus sermo

---

14. *Annius Pollio* ist vielleicht ein Enkel des gleichnamigen in 6, 9, der im J. 32 der Majestätsbeleidigung angeklagt, aber von Tiberius verschont war.

57. 4. *non pervicere, quin* s. zu 11, 34, 5. | 5. *primus quaestionis dies* für 'das Ergebnis am ersten Tage des peinlichen Verhörs'. | *contemptus* sc. *erat* 'war verächtlich'. Vgl. Cic. de sen. 9, 27 *quae enim vox potest esse contemptior, quam Milonis Crotoniatae? contemptus* gehört zu den Part. Perf. Pass., die wie *abiectus, despectus, optatus* schon im klassischen Latein die Bedeutung eines Adj. verbale auf *-ilis* haben. S. Seyffert-Müller zu Lael. p. 228. | 6. *gestamen sellae* statt *gestatoria sella* auch 14, 4 *gestamine sellae Baias pervectam.* | 7. Ob das folgende *dissolutis membris* als Dativ von *insistere* abhängt (also 'auf den verrenkten Gliedern d. h. Beinen stehen') oder ob es Ablat. absoluti sind und *insistere* 'feststehen' heifst, ist nicht zu entscheiden. | 8. *arcus* ist eine runde Lehne. | 10. *clariore* —, *cum* 'die Freigelassene, die in (trotz) solcher Drangsal — zu schützen suchte, gab ein um so leuchtenderes Beispiel, da —'. | 13. *non omittebant* bildet einen Begriff; daher kann *quoque* folgen. Des Gegensatzes wegen Cic. de orat. 2 § 227 *et non huius rei quoque palmam Crasso detulisse.* Anders ist *quoque non,* worüber vgl. zu 3, 54, 30. | 14. *passim* 'in Menge', s. 14, 15, 2.

58. 2. *volitare,* s. zu 12, 34, 1. | 4. *Germanis.* Deutsche Reiter gehörten zur Leibwache des Kaisers. | 5. *quasi* bedeutet, dafs sie wirklich Fremde waren, *ὡς ξένοις.* | 6. Über *ubi* mit dem Konjunktiv s. zu Kp. 44, 21. | 7. *latens sermo* wie Ov. fast. 2, 705 *mandata latentia,* Plin. n. h. 13, 15 *latens dolus.* | *tantum* gehört zu *latens* und *fortuitus.* | *erga*

et subiti occursus, si convivium, si spectaculum simul inissent, pro crimine accipi, cum super Neronis ac Tigellini saevas percontationes Faenius quoque Rufus violenter urgeret, nondum ab indicibus nominatus, et quo fidem inscitiae pararet, atrox adversus socios. idem Subrio Flavo adsistenti adnuentique, an inter ipsam cognitionem destringeret gladium caedemque patraret, renuit infregitque impetum iam manum ad capulum referentis.

59 Fuere qui prodita coniuratione, dum auditur Milichus, dum dubitat Scaevinus, hortarentur Pisonem pergere in castra aut rostra escendere studiaque militum et populi temptare. si conatibus eius conscii adgregarentur, secuturos etiam integros; magnamque motae rei famam, quae plurimum in novis consiliis valeret. nihil adversum haec Neroni provisum. etiam fortes viros subitis terreri, nedum ille scaenicus, Tigellino scilicet cum paelicibus suis comitante, arma contra cieret. multa experiendo confieri, quae segnibus ardua videantur. frustra silentium et fidem in tot consciorum animis et corporibus sperare: cruciatui aut praemio cuncta pervia esse. venturos qui ipsum quoque vincirent, postremo indigna nece adficerent. quanto laudabilius periturum, dum amplectitur rem publicam, dum auxilia libertati invocat. miles potius deesset et plebes desereret, dum ipse maioribus, dum posteris, si vita praeriperetur, mortem adprobaret. inmotus his et paululum in publico versatus, post domi secretus, animum adversum suprema firmabat, donec manus militum adveniret, quos Nero tirones aut stipendiis recentes delegerat: nam vetus miles timebatur tamquam favore imbutus. obiit abruptis brachiorum venis. testa-

---

coniuratos sermo wie hist. 1, 17 *sermo erga patrem imperatoremque reverens* ('gegenüber'). | 14. *infregit impetum.* Caesar (b. c. 2, 21, 1) sagt dafür *quod conatus adversariorum infregissent.*

59. 2. *castra* scil. *praetoria.* | 4. *integros* 'die Unbeteiligten'. | 5. *magnamque — famam* 'das Werk (nicht ein Werk), einmal in Angriff genommen, werde viel von sich reden machen'. | *in novis consiliis* 'wo es sich um Umsturzpläne handele'; über *in* s. zu 2, 41, 13. | 7. Über *nedum* nach positivem Hauptsatze s. zu 13, 20, 16 u. Einl. § 105. | *ille scaenicus,* vgl. Flor. 2, 14, 4 *ab illo imaginario et scaenico rege.* | 8. *cieret.* Vgl. 3, 41 *pugnam pro Romanis ciens,* hist. 3, 41 *novum bellum cieret.* So zuerst Verg. Aen. 1, 541 *bella cient,* dann auch Livius (z. B. 1, 12, 2; 2, 19, 10) und Vellejus (z. B. 2, 6, 6). | 9. Das meist dichterische und nachklassische *confieri* (statt *confici*) auch Caes. B. G. 7, 58, 2, Sulpicius bei Cic. ad fam. 4, 5, 1. | 10. Warum *in tot consciis* zerlegt ist in *in tot consciorum animis et corporibus,* zeigt chiastisch *cruciatui aut praemio.* | 13. *dum* mit dem Indikativ in indirekter Rede, s. zu 2, 81, 9. | *amplectitur.* Cic. p. Flacco § 43 *cum remp. nimium amplecteretur,* p. Mil. § 72 *nimis amplecti plebem videbatur.* | 14. *potius* bildet das logische Prädikat (s. zu 1, 18, 9) 'möge der Soldat es immerhin vorziehen'. | 16. *inmotus his et paululum in publico versatus,* s. zu 1, 55, 3. | 19. *stipendiis recentes,* s. zu 1, 41, 14 *recens dolore et ira.* | *timebatur tamquam*

mentum foedis adversus Neronem adulationibus amori uxoris dedit, quam degenerem et sola corporis forma commendatam amici matrimonio abstulerat. nomen mulieri Satria Galla, priori marito Domitius Silus: hic patientia, illa inpudicitia Pisonis infamiam propagavere.

60 Proximam necem Plautii Laterani consulis designati Nero adiungit, adeo propere, ut non complecti liberos, non illud breve mortis arbitrium permitteret. raptus in locum servilibus poenis sepositum manu Statii tribuni trucidatur, plenus constantis silentii nec tribuno obiciens eandem conscientiam.

Sequitur caedes Annaei Senecae, laetissima principi, non quia coniurationis manifestum compererat, sed ut ferro grassaretur, quando venenum non processerat. solus quippe Natalis et hactenus prompsit, missum se ad aegrotum Senecam, uti viseret conquerereturque, cur Pisonem aditu arceret: melius fore, si amicitiam familiari congressu exercuissent. et respondisse Senecam sermones mutuos et crebra conloquia neutri conducere; ceterum salutem suam incolumitate Pisonis inniti. haec ferre Gavius Silvanus tribunus praetoriae cohortis, et an dicta Natalis suaque responsa nosceret, percontari Senecam iubetur. is forte an prudens ad eum diem ex Campania remeaverat, quartumque apud lapidem suburbano rure substiterat. illo propinqua vespera tribunus venit et villam globis militum saepsit; tum ipsi cum Pompeia Paulina uxore et amicis duobus epulanti mandata imperatoris edidit.

---

favore (sc. *in Pisonem*) *inbutus,* vgl. hist. 3, 59 *tamquam insidiantes timebantur.* | 21. *foedis — adulationibus,* Abl. qualitatis zu *testamentum.* | 22. *degenerem* 'entartet' d. h. unsittlich. | *sola corporis forma.* Sall. Catil. 15, 2 *cuius praeter formam nihil umquam bonus laudavit.* | 24. *patientia,* weil er sie dem Piso geduldig überliefs, ohne sie nach der *lex Iulia de adulteriis* zu verklagen.

60. 2. *illud* bezeichnet das bekannte und damals allgemein Erlaubte, das Wählen der Todesart, das nur einen Augenblick (*breve*) zu währen brauchte. | 3. *servilibus poenis* ctt. Es war eine Richtstätte östlich vor dem esquilinischen Thor, auch 2, 32 erwähnt. | 5. *eandem conscientiam* sc. *coniurationis* d. h. dafs er in gleicher Weise um die Verschwörung wisse. | 6. Über *non quia* mit dem Indikativ s. zu 13, 1, 2. | 9. *et hactenus* 'und nur dies' wie 14, 51 *hactenus respondisse.* | *prompsit* 'er äufserte', s. zu 12, 65, 5. | 12. Bei *sermones mutuos* ist an Mittelspersonen zu denken, wie *crebra conloquia* zeigt. | 13. *ceterum — inniti.* Ursprünglich wohl nichts als der Ausdruck der *urbanitas* (Courtoisie): *si tu vales, ego quoque valeo.* In die vorliegende Version der Antwort ist der Sinn gelegt: mein Leben hängt daran, ob Piso sein Leben behält d. h. ob der Plan der Verschwornen glückt und Piso Kaiser wird. | *salus* und *incolumitas* ('Leben') sind Synonyma, wie Kp. 61 Z. 3—4 zeigt, auch sonst öfter zusammengestellt z. B. hist. 1, 66. 84. | 15. *noscere* 'als wahr anerkennen, einräumen' wie 2, 28 statt *adgnoscere* (2, 30). | 19. Pompeja Paulina ist die Tochter des Pompejus Paulinus, der 13, 53 als Befehlshaber am Niederrhein und 15, 18 als einer der drei Steuerdirektoren genannt wird. | 20. *mandata edidit,* s. Kp. 5, 8.

Seneca missum ad se Natalem conquestumque nomine 61
Pisonis, quod a visendo eo prohiberetur, seque rationem valetudinis et amorem quietis excusavisse respondit. cur salutem privati hominis incolumitati suae anteferret, causam non habuisse; nec sibi promptum in adulationes ingenium. idque nulli magis gnarum quam Neroni, qui saepius libertatem Senecae quam servitium expertus esset. ubi haec a tribuno relata sunt Poppaea et Tigellino coram, quod erat saevienti principi intimum consiliorum, interrogat, an Seneca voluntariam mortem pararet. tum tribunus nulla pavoris signa, nihil triste in verbis eius aut vultu deprensum confirmavit. ergo regredi et indicere mortem iubetur. tradit Fabius Rusticus non eo, quo venerat, itinere redisse tribunum, sed flexisse ad Faenium praefectum, et expositis Caesaris iussis, an obtemperaret, interrogavisse, monitumque ab eo, ut exsequeretur, fatali omnium ignavia. nam et Silvanus inter coniuratos erat augebatque scelera, in quorum ultionem consenserat. voci tamen et aspectui pepercit intromisitque ad Senecam unum ex centurionibus, qui necessitatem ultimam denuntiaret.

Ille interritus poscit testamenti tabulas; ac denegante cen- 62
turione conversus ad amicos, quando meritis eorum referre gratiam prohiberetur, quod unum iam et tamen pulcherrimum habeat, imaginem vitae suae relinquere testatur, cuius si memores essent, bonarum artium famam *palmam* tam constantis amicitiae laturos. simul lacrimas eorum modo sermone, modo intentior in modum coercentis, ad firmitudinem revocat, rogi-

---

61. *excusare* mit Acc. 'als Entschuldigung anführen', 'sich entschuldigen mit' z. B. auch 3, 11; 5, 2 wie Cic., Liv. u. a. (*morbum, valetudinem*). | Mit den folgenden Worten *cur — ingenium* bestreitet er die Insinuation, daſs er gesagt habe: *salutem suam incolumitate Pisonis inniti*. Der Gedanke an Hochverrat, der in dieser Antwort gefunden ist, kommt ihm nicht, wenigstens thut er absichtlich so — er erklärt vielmehr mit einem Kompliment für den Kaiser, daſs er keinen Grund gehabt habe dem Leben eines Privatmannes das seinige unterzuordnen. | 12. Über den Historiker Fabius Rusticus s. zu 13, 20. | 15. *fatali omnium ignavia* 'alle waren nun einmal zur Feigheit verdammt', Zusatz des Tac. | 17. *voci tamen* ctt. 'jedoch vermied er es, ihn zu sehen und zu sprechen'. S. 12, 47, 19 zu *visui tamen consuluit, ne coram interficeret*.

62. 1. Die Testamentserrichtung wird als überflüssig verhindert, da die Konfiskation des Vermögens zu erwarten steht. | *denegante* ist aoristisch, s. 11, 35, 7 *praemonente Narcisso*. | 4. *imaginem vitae suae* sc. *per virtutem actae* (wie er Kp. 63, 4 hinzufügt). | 5. *bonarum — laturos* 'so würden sie den Ruhm edlen Strebens (löblichen Thuns) als den Siegespreis so standhafter Freundesliebe davontragen'. *bonae artes* öfter bei Tac. (z. B. 6, 46 *Claudius composita aetate bonarum artium cupiens erat*) geht hier nicht auf die Philosophie, sondern höchstens auf die Bethätigung ihrer Lehren durch ein mann- und tugendhaftes Leben. | 6. *modo — coercentis* 'bald in der Weise gemütlicher Unterhaltung, bald im strengen Tone der Zurechtweisung'.

tans, ubi praecepta sapientiae, ubi tot per annos meditata ratio adversum imminentia? cui enim ignaram fuisse saevitiam Neronis? neque aliud superesse post matrem fratremque interfectos, quam ut educatoris praeceptorisque necem adiceret.

63 Ubi haec atque talia velut in commune disseruit, complectitur uxorem, et paululum adversus praesentem fortunam mollitus rogat oratque, temperaret dolori neu aeternum susciperet, sed in contemplatione vitae per virtutem actae desiderium mariti solaciis honestis toleraret. illa contra sibi quoque destinatam mortem adseverat manumque percussoris exposcit. tum Seneca gloriae eius non adversus, simul amore, ne sibi unice dilectam ad iniurias relinqueret, 'vitae' inquit 'delenimenta monstraveram tibi, tu mortis decus mavis: non invidebo exemplo. sit huius tam fortis exitus constantia penes utrosque par, claritudinis plus in tuo fine.' post quae eodem ictu brachia ferro exsolvunt. Seneca, quoniam senile corpus et parco victu tenuatum lenta effugia sanguini praebebat, crurum quoque et poplitum venas abrumpit. saevisque cruciatibus defessus, ne dolore suo animum uxoris infringeret atque ipse visendo eius tormenta ad inpatientiam delaberetur, suadet in aliud cubiculum abscedere. et novissimo quoque momento suppeditante eloquentia advocatis scriptoribus pleraque tradidit, quae in vulgus edita eius verbis invertere supersedeo.

64 At Nero nullo in Paulinam proprio odio, ac ne glisceret invidia crudelitatis, *iubet* inhiberi mortem. hortantibus militi-

---

8. *sapientiae.* Die stoische Philosophie ist gemeint. | *ratio* ist 'die Art und Weise, das Verhalten und Verfahren'. Vgl. die ähnliche Stelle bei Cic. de har. resp. 2, 3 *dolore me elatum et iracundia longius prope progressum arbitrabantur, quam sapientis hominis cogitata ratio postulasset.* | 10. *fratremque* scil. *Britannicum.* Da die Erwähnung von zwei so schweren Verbrechen genügt, so braucht man nicht durch die Konjektur *fratres* (Geschwister) die Ermordung der Octavia hinzuzufügen. Vgl. Kp. 67, 8 *parricida matris et uxoris,* wo *Britannicus* ausgelassen ist.

63. 1. *in commune* 'für alle' wie 4, 67 *in commune consultare* ('gemeinschaftlich'), Agr. 12 *in c. consulere.* Cicero: *in commune conferre.* | 2. *praesens fortuna* ist ἡ παροῦσα τύχη, ἡ νυνὶ παρεστῶσα ξυμφορά bei Plato Kriton Kp. 1, vgl. 12, 18 *cultu vultuque quam maxime ad praesentem fortunam comparato.* | 4. *desiderium ... toleraret* '— erträglich machte', vgl. Plaut. rud. 918 *paupertatem heri et meam servitutem t.* | 9. Ob *exemplo* Dativ oder Ablativ ist, läfst sich nicht entscheiden, doch spricht der Gebrauch im silbernen Latein (Liv. 2, 40, 11 *laude sua mulieribus,* Plin. ep. 2, 10, 2 *tibi maxima laude, nobis voluptate,* vgl. Quint. 9, 3, 1 *itaque si anticum sermonem nostro comparemus, paene iam quicquid loquimur figura est, ut 'hac re invidere'* e. s.) mehr für den Ablativ. So 1, 22 *sepultura.* Zweifelhaft auch Germ. 33 *spectaculo*; mit Dativ ann. 13, 53 *operi.* | 11. *brachia* statt *venas exsolvere* (letzteres 4, 22; 11, 3; 14, 64; 16, 17). | 16. Über *suadere* mit dem Infinitiv s. zu 3, 53, 7. | 18. *scriptores* Schreiber unter den Sklaven, auch bei Cicero (de or. 1 § 136). | 19. *invertere = commutatis verbis reddere* 'umgestalten'.

bus servi libertique obligant brachia, premunt sanguinem incertum an ignarae. nam, ut est vulgus ad deteriora promptum, non defuere qui crederent, donec inplacabilem Neronem timuerit, famam sociatae cum marito mortis petivisse, deinde oblata mitiore spe blandimentis vitae evictam; cui addidit paucos postea annos, laudabili in maritum memoria et ore ac membris in eum pallorem albentibus, ut ostentui esset multum vitalis spiritus egestum. Seneca interim, durante tractu et lentitudine mortis, Statium Annaeum, diu sibi amicitiae fide et arte medicinae probatum, orat, provisum pridem venenum, quo damnati publico Atheniensium iudicio exstinguerentur, promeret; adlatumque hausit frustra, frigidus iam artus et cluso corpore adversum vim veneni. postremo stagnum calidae aquae introiit, respergens proximos servorum addita voce, libare se liquorem illum Iovi liberatori. exin balneo inlatus et vapore eius exanimatus, sine ullo funeris sollemni crematur. ita codicillis praescripserat, cum etiam tum praedives et praepotens supremis suis consuleret.

Fama fuit Subrium Flavum cum centurionibus occulto 65
consilio, neque tamen ignorante Seneca, destinavisse, ut post occisum opera Pisonis Neronem Piso quoque interficeretur tradereturque imperium Senecae, quasi insontibus claritudine

---

64. 3. *premunt* 'drängen zurück, stillen', statt *reprimunt*. | *incertum an ignarae* 'wobei sie (doch) wohl bewufstlos war'. *Incertum an* in affirmativem Sinn wie 6, 50; 11, 18. 22; 14, 7 u. a. In negativem Sinn 5, 1 *Caesar (Liviam) aufert marito incertum an invitam* ('sie war wohl nicht dagegen'), hist. 1, 23 *sed sceleris cogitatio incertum an repens.* | *nam* begründet das *incertum.* | 7. *blandimentis vitae evictam,* das Gegenteil hist. 2, 53 *abruptis vitae blandimentis.* | *cui addidit* ctt. 'sie lebte nur noch wenige Jahre u. s. w.', einfache relativische Anknüpfung, ohne jede adversative Kraft, die Nipperdey-Andresen u. a. hier in das Relativum legen (die ihm sonst freilich in allen Sprachperioden unter Umständen eignet, obgleich das wenig beachtet ist, s. Naegelsbach-Müller: Stil.[8] S. 713—714). | 10. *durare* 'dauern' wie 14, 39 *durante bello.* | *tractu* vom Hinhalten, Zögern auch Kp. 10 *eludi Parthus tractu belli poterat.* | 11. *amicitiae fide et arte medicinae probatum* 'als treuer Freund und geschickter Arzt erprobt'. *arte medicinae* auffällig, weil zu *medicinae* natürlich *artis* zu ergänzen ist, wie denn noch Varro u. a. *ars medicina* ('Heilkunst') statt des blofsen *medicina* sagen. Anders geartet, aber doch vergleichbar ist Verg. Aen. 7, 772 *ipse repertorem medicinae talis et artis fulmine Phoebigenam Stygias detrusit ad undas.* | 13. *publicum iudicium* 'Kriminalgericht'. | Das Gift ist ein Dekokt aus den Blüten und Blättern des Landschierlings (Conium maculatum L., bei Plin. 25 § 151 *cicuta* gegannt). | 14. *artus* ist Accus. graecus, wie z. B. 6, 9 *clari genus,* hist. 4, 81 *manum aeger.* S. Einl. § 24. | Die Form *cludere* statt *claudere* auch dial. 30. 35, Germ. 34. 45, hist. 1, 33. | 15. *stagnum* ist hier eine grofse Badewanne oder ein kleines Bassin, wie Sen. ep. 122, 9 *calentia stagna.* | 17. *Iovi liberatori.* Anders Thrasea, der mit den Worten *libamus Iovi liberatori* sein Blut verspritzt. 16, 35.

65. 4. *quasi — delecto* 'als dem von unbefleckten, tugendhaften

virtutum ad summum fastigium delecto. quin et verba Flavi vulgabantur, non referre dedecoris, si citharoedus demoveretur et tragoedus succederet, quia ut Nero cithara, ita Piso tragico ornatu canebat.

66 Ceterum militaris quoque conspiratio non ultra fefellit, accensis indicibus ad prodendum Faenium Rufum, quem eundem conscium et inquisitorem non tolerabant. ergo instanti minitantique renidens Scaevinus neminem ait plura scire quam ipsum, hortaturque ultro, redderet tam bono principi vicem. non vox adversum ea Faenio, non silentium, sed verba sua praepediens et pavoris manifestus, ceterisque et maxime Cervario Proculo equite Romano ad convincendum eum conisis, iussu imperatoris a Cassio milite, qui ob insigne corporis robur adstabat, corripitur vinciturque.

67 Mox eorundem indicio Subrius Flavus tribunus pervertitur, primo dissimilitudinem morum ad defensionem trahens, neque se armatum cum inermibus et effeminatis tantum facinus consociaturum; dein, postquam urgebatur, confessionis gloriam amplexus. interrogatusque a Nerone, quibus causis ad oblivionem sacramenti processisset, 'oderam te' inquit: 'nec quisquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruisti. odisse coepi, postquam parricida matris et uxoris, auriga et histrio

---

Männern wegen des Glanzes seiner Tugenden zur höchsten Stellung Auserkorenen'. *Insontibus* (= *ab insontibus*). Nicht das will Tac. sagen, dafs sich die Wähler im Leben frei von Schuld und Fehle gehalten, sondern es konnte so scheinen und sollte es vielleicht auch, als ob Tugendhafte dem Tugendhaftesten den ersten Preis zusprächen sich in seinem Glanze sonnend. | 6. *non referre dedecoris* 'für die Schande sei es ganz gleich, die Schande bleibe dieselbe, wenn u. s. w.' Der Gen. der Sache bei *referre* wie Quint. 9, 4, 44 *plurimum refert compositionis, quae quibus anteponas,* Plin. ep. 8, 22, 4 *quem insignire exempli nihil, non insignire humanitatis plurimum refert*, paneg. 40 ex. *tu nihil referre iniquitatis existimas, exigas quod deberi non oportuerit, an constituas ut debeatur.* Der Gen. der Person steht bei Tac. ann. 4, 33 *(cuiusquam),* Sall. Jug. 111, 1 *(illorum magis quam sua),* Quint. 12, 8, 2 *(quorum),* Juv. 16, 58 *(ipsius ducis).*

66. 1. *fefellit* 'blieb geheim', absolut wie hist. 2, 98; 3, 41; 5, 22; Hor. ep. 1, 16, 54. 61. | 4. *renidens* 'hohnlachend, höhnisch grinsend', s. 4, 60, 8 zu *falsum renidens.* | 5. *ultro* 'seinerseits'. | *tam bono principi* 'dem so gütigen (gutmütigen) Fürsten', der ihn, den Verschworenen, zum Richter über seine Genossen setze. | 6. *verba sua praep.* 'stotternd'; *praepedire* sonst mit sächlichem Subjekte wie hist. 3, 68 *fletu praepediente.*

67. 2. *trahens* 'heranziehend, anführend'. | 4. *consociare facinus* 'sich zu einer That verbinden' nach Analogie von *consociare consilia, regnum, imperium cum aliquo.* — *consociaturum* sc. *fuisse,* s. zu 2, 31 *petiturum se vitam, nisi voluntariam mortem properavisset.* | 7. Der Infinitiv bei *merere,* auch G. 28 und ann. 14, 48, nach dem Vorgang der Dichter z. B. Ov. met. 4, 319 *meruit formosa videri.* Cic. setzt *ut* z. B. de or. 1 § 232, wie auch Tac. ann. 2, 37. | 8. *parricida matris et uxoris,* vgl. Kp. 62, 10.

et incendiarius extitisti.' ipsa rettuli verba, quia non, ut Senecae, vulgata erant, nec minus nosci decebat militaris viri sensus incomptos et validos. nihil in illa coniuratione gravius auribus Neronis accidisse constitit, qui ut faciendis sceleribus promptus, ita audiendi quae faceret insolens erat. poena Flavi Veianio Nigro tribuno mandatur. is proximo in agro scrobem effodi iussit, quam visam Flavus ut humilem et angustam increpans, circumstantibus militibus, 'ne hoc quidem' inquit 'ex disciplina'. admonitusque fortiter protendere cervicem, 'utinam' ait 'tu tam fortiter ferias!' et ille multum tremens, cum vix duobus ictibus caput amputavisset, saevitiam apud Neronem iactavit, sesquiplaga interfectum a se dicendo.

Proximum constantiae exemplum Sulpicius Asper centurio 68
praebuit, percontanti Neroni, cur in caedem suam conspiravisset, breviter respondens non aliter tot flagitiis eius subveniri potuisse. tum iussam poenam subiit. nec ceteri centuriones in perpetiendis suppliciis degeneravere: at non Faenio Rufo par animus, sed lamentationes suas etiam in testamentum contulit.

Opperiebatur Nero, ut Vestinus quoque consul in crimen attraheretur, violentum et infensum ratus: sed ex coniuratis consilia cum Vestino non miscuerant, quidam vetustis in eum simultatibus, plures, quia praecipitem et insociabilem credebant. ceterum Neroni odium adversus Vestinum ex intima sodalitate coeperat, dum hic ignaviam principis penitus cognitam despicit, ille ferociam amici metuit, saepe asperis facetiis inlusus, quae ubi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt. accesserat repens causa, quod Vestinus Statiliam Messalinam matrimonio sibi iunxerat, haud nescius inter adulteros eius et Caesarem esse.

---

11. *incomptus* 'schmucklos'. Vgl. Cic. or. § 78 *sic haec subtilis oratio etiam incompta delectat.* | 13. *promptus* mit dem Dativ des Gerundivums auch 12, 4 *accipiendis suspicionibus.* | *insolens* mit dem Genetiv s. zu 6, 34, 4. | 17. *ex disciplina* 'der Ordnung gemäſs, vorschriftsmäſsig'.

68. 3. *tot flagitiis subveniri* '— (ab)geholfen werden'. Vgl. 11, 26 *flagitiis manifestis subsidium ab audacia petendum* 'gegen offenbare Schande müsse man Hilfe bei der Verwegenheit suchen'. Über diese und ähnliche der lat. Sprache eigentümliche Wendungen s. zu 3, 24, 1. | 8. *opperiri* mit folgendem *ut* nach Analogie von *exspectare* schon Plaut. Bacch. 486, Liv. 42, 48, 10. | 10. *consilia miscere* statt *c. communicare* wie hist. 2, 7, Agr. 38; *consilia sociaverat* hist. 2, 74. | 11. *praecipitem* 'voreilig, unbesonnen'. | 13. Über *dum* mit kausaler Bedeutung s. Einl. § 90. | 15. *traxere* 'angenommen haben, enthalten'. Vgl. 6, 30 *fidem ex eo trahebant,* Germ. 46 *Veneti multum ex moribus (Sarmatarum) traxerunt.* | 16. *repens* statt *recens* auch 6, 7; 11, 24 und hist. 4, 25. | Statilia ist Urenkelin des Statilius Taurus, der unter Augustus Stadtpräfekt war. 6, 11. Nach dem Tode der Poppaea, der in demselben Jahre (65) erfolgt, heiratet Nero sie.

69 Igitur non crimine, non accusatore existente, quia speciem iudicis induere non poterat, ad vim dominationis conversus Gerellanum tribunum cum cohorte militum inmittit iubetque praevenire conatus consulis, occupare velut arcem eius, opprimere delectam iuventutem, quia Vestinus inminentes foro aedes decoraque servitia et pari aetate habebat. cuncta eo die munia consulis impleverat conviviumque celebrabat, nihil metuens an dissimulando metu, cum ingressi milites vocari eum a tribuno dixere. ille nihil demoratus exsurgit, et omnia simul properantur: clauditur cubiculo, praesto est medicus, abscinduntur venae, vigens adhuc balneo infertur, calida aqua mersatur, nulla edita voce, qua semet miseraretur. circumdati interim custodia qui simul discubuerant, nec nisi provecta nocte omissi sunt, postquam pavorem eorum, ex mensa exitium opperientium, et imaginatus et inridens Nero satis supplicii luisse ait pro epulis consularibus.

70 Exin M. Annaei Lucani caedem imperat. is profluente sanguine ubi frigescere pedes manusque et paulatim ab extremis cedere spiritum fervido adhuc et compote mentis pectore intellegit, recordatus carmen a se compositum, quo vulneratum militem per eius modi mortis imaginem obisse tradiderat, versus ipsos rettulit, eaque illi suprema vox fuit. Senecio posthac et Quintianus et Scaevinus non ex priore vitae mollitia, mox reliqui coniuratorum periere, nullo facto dictove memorando.

71 Sed compleri interim urbs funeribus, Capitolium victimis; alius filio, fratre alius aut propinquo aut amico interfectis, agere grates deis, ornare lauru domum, genua ipsius advolvi

69. 1. *speciem — induere* nach Liv. 40, 12, 4 *ultro mihi non insidiatoris modo, sed latronis manifesti et percussoris speciem induit.* S. zu 1, 69, 5. | 4. *velut* steht für ein Attribut: 'sein einer Burg gleichendes Haus'. Suet. Nero 37 *tantis velut successibus.* So *quasi* bei Cic. de orat. 1 § 232 *erat enim Athenis — quasi poenae aestimatio* u. a. | 8. *dissimulando metu* nicht Ablativ, sondern finaler Dativ (wie 11, 32); ähnlich mit einem Nomen koordiniert 12, 32 *subsidium adversus rebelles et inbuendis sociis ad officia legum.* | 13. *omissi sunt = dimissi sunt,* wie 13, 28. | *ex mensa* 'nach Tisch'. | 15. *imaginari* nur hier bei Tac., aufserdem bei seinen Zeitgenossen, zuerst bei dem älteren Plinius (20, 13, 51).

70. 2. *extrema* 'Extremitäten', auch bei Celsus 7, 29 p. 317, 7 Dar. | 3 *compote* ctt. 'bei vollem Verstande', wie Amm. 21, 15, 2 *integro mentis sensu.* | 4. *carmen,* wahrscheinlich eine Stelle aus der Pharsalia: 3, 635—646, wo auf eine widerliche und durchaus unpoetische Weise geschildert wird, wie ein im Seekampf vor Marseille tödlich Verwundeter sich verblutet. | 5. *mortis imago* ist hier nicht die Gestalt des Todes wie hist. 3, 28 *semineces cum exspirantibus volvuntur, varia pereuntium forma et omni imagine mortium* (nach Verg. Aen. 2, 369 *et plurima mortis imago*), sondern die (dichterische) Gestaltung, also *quo — tradiderat* 'worin er diese Todesart ausmalend einen verwundeten Soldaten hatte sterben lassen'.

71. 3. *ornare lauru.* Auch Juvenal (6, 79; 10, 65) erwähnt dies als ein Zeichen der Freude.

et dextram osculis fatigare. atque ille gaudium id credens Antonii Natalis et Cervarii Proculi festinata indicia inpunitate remuneratur. Milichus praemiis ditatus conservatoris sibi nomen, Graeco eius rei vocabulo, adsumpsit. e tribunis Gavius Silvanus, quamvis absolutus, sua manu cecidit; Statius Proxumus veniam, quam ab imperatore acceperat, vanitate exitus corrupit. exuti dehinc tribunatu** Pompeius, Cornelius Martialis, Flavius Nepos, Statius Domitius, quasi principem non quidem odissent, sed tamen existimarentur. Novio Prisco per amicitiam Senecae et Glitio Gallo atque Annio Pollioni infamatis magis quam convictis data exilia. Priscum Artoria Flaccilla coniux comitata est, Gallum Egnatia Maximilla, magnis primum et integris opibus, post ademptis, quae utraque gloriam eius auxere. pellitur et Rufrius Crispinus occasione coniurationis, sed Neroni invisus, quod Poppaeam quondam matrimonio tenuerat. Verginium *Flavum et Musonium* Rufum claritudo nominis expulit: nam Verginius studia iuvenum eloquentia, Musonius praeceptis sapientiae fovebat. Cluvidieno Quieto, Iulio Agrippae, Blitio Catulino, Petronio Prisco, Iulio Altino, velut in agmen et numerum, Aegaei maris insulae permittuntur. at Caedicia uxor Scaevini et Caesennius Maximus Italia prohibentur, reos fuisse se tantum poena experti. Acilia mater Annaei Lucani sine absolutione, sine supplicio dissimulata.

---

4. *et* ist gesetzt (trotz des vorangehenden Asyndetons), um *genua — fatigare* als eine Handlung zu kennzeichnen. | *gaudium*. Natürlich war es keine aufrichtige Freude. Man wollte durch diese Demonstrationen für die Rettung des Kaisers nur seinen Verfolgungen entgehen. | 7. *Graeco vocabulo,* nämlich *σωτήρ*. Die Anmafsung war um so gröfser, da griechische Götter und Könige diesen Beinamen geführt hatten. | 9. *vanitate* ctt. bezeichnet einen selbstverschuldeten Tod. Das Nähere wird nicht erwähnt. | *corrupit* 'machte zunichte, liefs zu Schanden werden'. | 11. *quasi* 'weil angeblich'. | 12. Priscus wird noch im J. 78 als Konsul erwähnt. Glitius geht, von seiner Frau begleitet, ins Exil nach der Insel Andros. | 14. *data* bedeutet 'aus Gnade gewährt' im Gegensatz zur Hinrichtung (Z. 23 *permittuntur*). Ähnlich 16, 33 *Thraseae datur mortis arbitrium,* entgegengesetzt dem Tode durch Henkershand. | 16. *ademptis* ist aoristisches Particip. Vgl. Einl. § 110, b. | *quae utraque* (klassisch *quod utrumque*) — *auxere*. Ihren Ruhm erhöhte 1) dafs sie dem Gatten ins Exil folgte trotz der Chancen, die ihr das grofse Vermögen in Rom bot, 2) dafs die Konfiskation des Vermögens sie nicht in ihrem Entschlufs, das Schicksal des Gatten zu teilen, wankend machte. | 17. Über Crispinus s. zu 11, 1 am Ende. | *sed* 'im Grunde aber, weil er'. | 20. Der Rhetor Verginius war Lehrer des Persius. Über den Stoiker Musonius vgl. 14, 59. | 22. *in* bezeichnet die beabsichtigte Folge, also: 'um den Zug zu schliefsen und die Zahl voll zu machen', eigentlich ein militärischer Terminus, vgl. 2, 80 *auxilia — in numerum legionis composuerat.* | 24. Dieser Caesennius (oder Caesonius) war Konsular und Freund des Seneca. | 26. *dissimulata* 'sie ward ignoriert'. In dieser Bedeutung schon Cic. pro Sestio § 35 *cum ... eaque non silentio consulum dissimularentur, sed et voce et sententia comprobarentur.*

72 Quibus perpetratis Nero et contione militum habita bina nummum milia viritim manipularibus divisit addiditque sine pretio frumentum, quo ante ex modo annonae utebantur. tum, quasi gesta bello expositurus, vocat senatum et triumphale decus Petronio Turpiliano consulari, Cocceio Nervae praetori designato, Tigellino praefecto praetorii tribuit, Tigellinum et Nervam ita extollens, ut super triumphales in foro imagines apud Palatium quoque effigies eorum sisteret. consularia insignia Nymphidio, *qui* quia nunc primum oblatus est, pauca repetam: nam et ipse pars Romanarum cladium erit. igitur matre libertina ortus, quae corpus decorum inter servos libertosque principum vulgaverat, ex Gaio Caesare se genitum ferebat, quoniam forte quadam habitu procerus et torvo vultu erat, sive Gaius Caesar, scortorum quoque cupiens, etiam matri eius inlusit ***

73 Sed Nero vocato senatu, oratione inter patres habita, edictum apud populum et conlata in libros indicia confessionesque damnatorum adiunxit. etenim crebro vulgi rumore lacerabatur, tamquam viros *claros* et insontes ob invidiam aut metum extinxisset. ceterum coeptam adultamque et revictam coniurationem neque tunc dubitavere, quibus verum noscendi cura erat, et fatentur, qui post interitum Neronis in urbem regressi sunt. at in senatu cunctis, ut cuique plurimum mae-

---

72. 1. *militum,* natürlich Prätorianer, denn Linientruppen standen nicht in Rom. | 2. *sine pretio.* Sie erhielten nunmehr das Getreide monatlich umsonst, hatten aber früher, wie die Getreideempfänger aus der Plebs, einen geringen Preis dafür zu entrichten. In dieser Beziehung wurden sie jetzt den Linientruppen gleichgestellt, aufserdem hatten sie doppelt so viel Sold (2 Denare täglich). | 4. *exponere* 'vorlegen, vortragen', s. zu 3, 62, 10. | 5. Über Petronius s. zu 14, 29. | Nerva ist der von 96 bis 98 regierende Kaiser, Enkel des 6, 26 erwähnten Rechtsgelehrten, der im J. 33 starb. | 8. *apud* 'auf'. | 9. *Nymphidio* sc. *tribuit* (Z. 6) oder wenigstens ein dem *tribuit,* das den Gedanken beherrscht, entsprechendes Verbum. | Nymphidius Sabinus ward jetzt für den hingerichteten Faenius Rufus Präfekt der Prätorianer. Im J. 68 wird er, als er die Prätorianer in Rom zum Abfall von dem anrückenden Galba verleiten will, von denselben erschlagen. | 10. *nam — erit,* bei der Schilderung des Thronfolgekrieges nach Neros Sturz. | *igitur* beginnt die Charakteristik, wie oft bei Tac. | 13. *habitu* ctt. Dies stimmt zu Suetons Schilderung des Caligula (Kp. 56): *statura fuit eminenti — corpore enormi — fronte lata et torva.*

73. 1. *Sed Nero vocato senatu* nimmt nach der Charakteristik des Nymphidius, die am Schlufs des vorigen Kapitels ausgefallen sein mufs, die Erzählung wieder auf. *sed* 'also' bei Tac. ebenso gewöhnlich, wie bei Cic. | 3. *lacerabatur* 'er wurde durchgehechelt', s. zu 4, 42, 8. | 5. *revincere* statt *vincere, opprimere* wie Hor. C. 4, 4, 23 *catervae consiliis iuvenis revictae.* | 8. *cunctis ut cuique plurimum maeroris, in adulationem demissis* kurz gesagt für *cunctis — et ut cuique plurimum maeroris, ita maxime — in adulationem demissis,* wir: 'wo alle und gerade die in tiefste Trauer versetzten am meisten u. s. w.' — *maeroris.* Wer Verwandte oder

roris, in adulationem demissis, Iunium Gallionem, Senecae fratris morte pavidum et pro sua incolumitate supplicem, increpuit Salienus Clemens, hostem et parricidam vocans, donec consensu patrum deterritus est, ne publicis malis abuti ad occasionem privati odii videretur, neu composita aut oblitterata mansuetudine principis novam ad saevitiam retraheret.

74 Tum dona et grates deis decernuntur, propriusque honos Soli, cui est vetus aedes apud circum, in quo facinus parabatur, qui occulta coniurationis numine retexisset; utque circensium Cerealium ludicrum pluribus equorum cursibus celebraretur mensisque Aprilis Neronis cognomentum acciperet; templum Saluti exstrueretur eo loci, ex quo Scaevinus ferrum prompserat. ipse eum pugionem apud Capitolium sacravit inscripsitque Iovi Vindici: in praesens haud animadversum post arma Iulii Vindicis ad auspicium et praesagium futurae ultionis trahebatur. reperio in commentariis senatus Cerialem Anicium consulem designatum pro sententia dixisse, ut templum divo Neroni quam maturrime publica pecunia poneretur. quod

---

Freunde unter den Hingerichteten zu betrauern hatte, suchte jetzt durch Schmeichelei die Gnade des Nero zu erkaufen. | 9. *Iunius Gallio,* Konsular und tüchtiger Redner, war im J. 55, als Paulus seine zweite Missionsreise machte, Prokonsul von Achaja. Apostelgesch. 18, 12 *Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας.* Dafs auch er bald von Nero ermordet ward, zeigt Dio 62, 25 *καὶ οἱ ἀδελφοὶ* (des Seneca) *ὕστερον ἐπαπώλοντο.* | 11. *hostem* scil. *patriae; parricidam,* weil er sich auch gegen den Kaiser verschworen habe. | *donec — ne* 'bis er in seine Schranken gewiesen wurde durch die einstimmige Meinung der Senatoren, die dahin ging, er möge nicht'; *ne* also nicht von *deterritus est,* sondern von *consensu* abhängig. | 13. *composita et oblitterata* 'was abgethan und vergessen war'. | 14. *retrahere* 'wieder hervorholen' wie 13, 23 *oblitterata aerarii nomina retrahebat.*

74. 2. *aedes.* Dieser Sonnentempel mitten im Circus maximus wird nur noch von Tertullian erwähnt. | *apud* 'in'. | 3. *occulta coniurationis* ohne partitive Bedeutung 'das Dunkel des Komplotts, das geheime Komplott', wie 1, 61 *occulta saltuum,* Verg. Aen. 1, 422 *strata viarum = stratae viae.* | 4. *Cerealium.* Über das Fest der Ceres s. zu Kp. 53. | 5. *Aprilis,* weil in diesem Monate die Verschwörung unterdrückt war. Er soll also nunmehr *Neroneus* heifsen; vgl. 16, 12. — *cognomentum* 'Name'. | 6. *eo loci* wie 14, 61. *eodem loci* 4, 4. Wenn zwischen *loci* und *ex* nichts ausgefallen ist, so müssen wir annehmen, dafs in Ferentinum, wo Scaevinus den Dolch aus dem Tempel der Salus genommen hatte, ein neuer Tempel dieser Göttin an der Stelle des alten gebaut werden sollte. | 7. *apud* 'auf'. | 9. Julius Vindex, Sohn eines gallischen Senators und Proprätor in Gallien, erhob sich im J. 68 in Übereinstimmung mit Galba gegen Nero, ward aber bei Besançon von Verginius Rufus geschlagen und erstach sich. | 10. *trahere = interpretari,* wie 14, 32 *ad metum,* 13, 47 *in contrarium,* 16, 1 *ad spem.* | Die Senatsprotokolle, auch *acta senatus* genannt, sind dem Tac., der selbst Senator war, zugänglich gewesen. | 11. *Cerialis,* der im J. 40 dem Caligula eine Verschwörung verraten hatte, ward schon im nächsten Jahre (66) durch eine Anklage zum Selbstmord gezwungen. 16, 17.

quidem ille decernebat tamquam mortale fastigium egresso et venerationem hominum merito, *sed ipse prohibuit, ne interpretatione* quorundam ad omen malum sui exitus verteretur: nam deum honor principi non ante habetur, quam agere inter homines desierit.

---

14. Die Worte *sed — interpretatione* sind eine Ergänzung von Halm. Ritter schreibt: quorundam admonitu Nero prohibebat ne donum ad omen ac dolum sui ctt. Die Lesart der medic. Handschr. (quorundā ad omīa dolum) ist unverständlich. — 15. *nam* giebt den Grund für die Möglichkeit der böswilligen Deutung. | 16. *agere = esse, versari* wie 1, 50; 3, 19 und oft. Vgl. Sall. Jug. 101, 6 *tum Marius apud primos agebat,* Liv. 9, 20, 10 *(Antiatibus) qui se sine legibus certis agere querebantur* u. a. | Der Konjunktiv nach *non ante quam,* weil kein einzelnes Faktum gemeint ist. So auch Germ. 13 *sed arma sumere non ante cuiquam moris quam civitas suffecturum probaverit.*

Sechzehntes Buch.

Inhalt.

Das Jahr 65. n. Chr. Nero läfst sich durch einen Schatzgräber aus Afrika täuschen (1—3) und tritt an seinem Regierungsjubiläum als Sänger und Citherspieler auf. Vespasian zeigt keinen Geschmack für diese Kunstleistungen 4—5. Poppaea stirbt. C. Cassius wird verbannt, L. Silanus in Apulien getötet 6—9. L. Vetus nebst Tochter und Schwiegermutter werden zum Selbstmord gezwungen 10—12. Stürme und Seuchen. Nero unterstützt die Bewohner der abgebrannten Stadt Lyon 13.

Das Jahr 66 n. Chr. Schandthaten des Kaisers unter Mitwirkung des Tigellinus und Helius. Antejus und Ostorius Scapula werden verleumdet und sofort verurteilt; jener schneidet sich die Adern auf, dieser ersticht sich 14—15. Tacitus entschuldigt sich wegen der Erzählung solcher Mordscenen 16. Tod des Mela, Cerialis, Petronius und Crispinus 17. Näheres über Petronius 18—19. Silia wird verbannt, Minucius Thermus ermordet 20. Anklage und Prozefs des Paetus Thrasea und Barea Soranus. Verurteilung derselben. Helvidius und Paconius werden verbannt. Belohnung der Delatoren. Tod des Thrasea 21—35.

Inlusit dehinc Neroni fortuna per vanitatem ipsius et pro- 1
missa Caeselli Bassi, qui origine Poenus, mente turbida, nocturnae quietis imaginem ad spem haud dubiae rei traxit, vectusque Romam, principis aditum emercatus, expromit repertum in agro suo specum altitudine inmensa, quo magna vis auri contineretur, non in formam pecuniae, sed rudi et antiquo pondere. lateres quippe praegraves iacere, adstantibus parte alia columnis; quae per tantum aevi occultata augendis praesentibus bonis. ceterum, ut coniectura demonstrabat, Dido Phoenissam

1. 1. *vanitatem* 'Leichtgläubigkeit'. | 2. *turbida* = *male sana* 'verworren'. | 3. *trahere ad spem,* wie 15, 74 *ad auspicium.* | 6. *in formam,* vgl. 13, 41 *aliaque in eandem formam decernuntur,* 15, 24. | 7. *pondere* kollektiv für 'Gewichtstücke'. | 8. *augendis* — *bonis* Dat. des Zweckes. | 9. *ut coniectura demonstrabat* 'wie er vermutungsweise äufserte'.

Tyro profugam condita Carthagine illas opes abdidisse, ne novus populus nimia pecunia lasciviret, aut reges Numidarum, et alias infensi, cupidine auri ad bellum accenderentur.

2 Igitur Nero, non auctoris, non ipsius negotii fide satis spectata nec missis, per quos nosceret, an vera adferrentur, auget ultro rumorem mittitque, qui velut paratam praedam adveherent. dantur triremes et delectum remigium iuvandae festinationi. nec aliud per illos dies populus credulitate, prudentes diversa fama tulere. ac forte quinquennale ludicrum secundo lustro celebrabatur, ab oratoribusque praecipua materia in laudem principis adsumpta est. non enim solitas tantum fruges nec confusum metallis *aliis* aurum gigni, sed nova ubertate provenire terram et obvias opes deferre deos, quaeque alia summa facundia nec minore adulatione servilia fingebant, securi de facilitate credentis.

3 Gliscebat interim luxuria spe inani, consumebanturque veteres opes quasi oblatis, quas multos per annos prodigeret. quin et inde iam largiebatur; et divitiarum exspectatio inter causas paupertatis publicae erat. nam Bassus, effosso agro suo latisque circum arvis, dum hunc vel illum locum promissi specus adseverat, sequunturque non modo milites, sed populus agrestium efficiendo operi adsumptus, tandem posita vaecordia, non falsa antea somnia sua seque tunc primum elusum admi-

---

2. 1. *negotii* verächtlich für *rei,* s. 2, 27, 2. | 3. *velut* ctt. Nero bildet sich ein, man brauche nur anzugreifen. | 6. *diversa fama* 'in (entgegengesetzter sc. der *credulitas,* also) ungläubiger, zweifelnder Rede'. | *tulere* 'sie besprachen' eigentlich: sie trugen das Gerücht mit sich herum, wie 15, 46 *vetera mala rumoribus ferente populo.* | Über das *quinquennale ludicrum,* das fünfjährige Regierungsjubiläum, welches zuerst im J. 60 gefeiert war, s. zu 14, 20. | 7. *ab oratoribusque.* Die Stellung von *que* wie z. B. 5, 10 *per dolumque,* hist. 3, 50 *ad omniaque.* | 9. Statt *gigni* wird sonst in Bezug auf unorganische Stoffe *nasci* gesagt, wie Caes. B. G. 5, 12, 5 *nascitur ibi plumbum album.* Doch vgl. Plin. n. h. 37 § 76 *India eos* (beryllos) *gignit.* Auch jetzt noch schreiben Unwissende den Mineralien ein Wachstum zu. | 10. *provenire* 'gedeihen', sonst nur von den Früchten, die hervorgebracht werden, wie schon Caes. B. G. 5, 24, 1 *frumentum angustius provenerat.* Mit persönlichem Subjekte bei Plautus Truc. 2, 6, 35 *recte provenisti,* Rud. 837 *proveni nequiter.* | 12. *facilitas* ist die Bereitwilligkeit, Zugänglichkeit des Nero, der solche Übertreibungen gläubig hinnimmt.

3. 3. *et divitiarum* 'und so war denn' ctt. | 5. *circum* steht für ein Attribut wie 2, 24 *hostilibus circum litoribus,* 4, 25 *vastis circum saltibus* u. a. | Vor *promissi specus* ergänzen wir 'als den (Ort)'. | 6. *adseverat* 'zuversichtlich bezeichnete'. | 8. *admirans* 'seine Verwunderung aussprechend. So *defendere* 'zur Verteidigung vorbringen', *sentire* 'seine Stimme abgeben', *dolere* 'sein Bedauern ausdrücken' u. a. Dadurch, dafs er vor den Leuten heuchelnd seiner Verwunderung Ausdruck gab, wie er sich jetzt erstmals durch seine Träume betrogen sehe, deckte er sich den Rückzug, den er innerlich schon vorher angetreten hatte: *posita vaecordia* sagt Tac. 'er gab den Unsinn auf'.

rans, pudorem et metum morte voluntaria effugit. quidam vinctum ac mox dimissum tradidere ademptis bonis in locum regiae gazae.

4 Interea senatus, propinquo iam lustrali certamine, ut dedecus averteret, offert imperatori victoriam cantus adicitque facundiae coronam, qua ludicra deformitas velaretur. sed Nero nihil ambitu nec potestate senatus opus esse dictitans, se aequum adversum aemulos et religione iudicum meritam laudem adsecuturum, primo carmen in scaena recitat; mox flagitante vulgo, ut omnia studia sua publicaret (haec enim verba dixere), ingreditur theatrum, cunctis citharae legibus obtemperans, ne fessus resideret, ne sudorem nisi ea, quam indutui gerebat, veste detergeret, ut nulla oris aut narium excrementa viserentur. postremo flexus genu et coetum illum manu veneratus sententias iudicum opperiebatur ficto pavore. et plebs quidem urbis, histrionum quoque gestus iuvare solita, personabat certis modis plausuque composito. crederes laetari, ac fortasse laetabantur per incuriam publici flagitii.

5 Sed qui remotis e municipiis severaque adhuc et antiqui moris retinente Italia, quique per longinquas provincias lascivia inexperti officio legationum aut privata utilitate advenerant, neque aspectum illum tolerare neque labori inhonesto sufficere, cum manibus nesciis fatiscerent, turbarent gnaros ac saepe a militibus verberarentur, qui per cuneos stabant, ne quod temporis momentum inpari clamore aut silentio segni praeteriret. constitit plerosque equitum, dum per angustias aditus et ingruentem multitudinem enituntur, obtritos, et alios, dum diem noctemque sedilibus continuant, morbo exitiabili correptos.

---

4. 1. *lustrali.* Es ist das in Kp. 2 erwähnte fünfjährige Jubiläum, welchem die Schatzgräberei voraufgegangen war. | 2. *averteret.* Man sichert ihm den Siegeskranz im voraus zu, um ihn vom öffentlichen Auftreten zurückzuhalten. Dagegen empört sich sein Künstlerstolz. | 4. *ambitu* 'die Fürsprache des Senates' bei den Preisrichtern. Vgl. 13, 52. | 5. *aequum* sc. *esse* 'er sei billig, gerecht' gegen die Mitbewerber, sich der kaiserlichen Prärogative begebend. | 8. *legibus,* den gebräuchlichen Vorschriften über das äufsere Verhalten. | 9. *indutui.* Vgl. Germ. 46 *vestitui pelles* (scil. *sunt*). S. Einl. 31, a. | 10. *oris aut narium excrementa.* 'Tac. vermeidet gern vulgäre und technische Ausdrücke' Heraeus zu hist. 4, 81, 7, wo auch *oris excrementum* für *saliva* oder *sputum* steht. | 11. *genu* Accus. graecus 'das Knie gebeugt', s. Einl. § 24. | 13. *iuvare* 'durch Beifall ermutigen'. | *personabat,* wie 14, 15 *ii dies noctesque plausibus personare.* | 14. *composito* 'geregelt, regelmäfsig'.

5. 1. *antiqui moris retinente,* s. zu 2, 38, 25 *avitae nobilitatis r.* | 3. *inexpertus* 'unerfahren' vgl. hist. 1, 8 *bellis inexpertus.* | 5. *fatiscere* s. zu 14, 24, 2. | 8. *constitit* 'es ist erwiesen' statt Praes. wie 12, 17. 43; 14, 33 u. a. | 9. *eniti* 'hinaufsteigen, sich hinaufdrängen'. Vgl. 1, 65 *enisae legiones in aperta,* 1, 70 *in editiora.* | 10. *sedilibus,* Abl. der Ortsruhe, s. Einl. § 35. | *continuant,* wie G. 22 *diem noctemque continuare potando.* | *exitiabilis,* s. zu ann. 6, 7, 14.

quippe gravior inerat metus, si spectaculo defuissent, multis palam et pluribus occultis, ut nomina ac vultus, alacritatem tristitiamque coeuntium scrutarentur. unde tenuioribus statim inrogata supplicia, adversum inlustres dissimulatum ad praesens et mox redditum odium. ferebantque Vespasianum, tamquam somno coniveret, a Phoebo liberto increpitum aegreque meliorum precibus obtectum, mox imminentem perniciem maiore fato effugisse.

6 Post finem ludicri Poppaea mortem obiit, fortuita mariti iracundia, a quo gravida ictu calcis adflicta est. neque enim venenum crediderim, quamvis quidam scriptores tradant, odio magis quam ex fide: quippe liberorum cupiens et amori uxoris obnoxius erat. corpus non igni abolitum, ut Romanus mos, sed regum externorum consuetudine differtum odoribus conditur tumuloque Iuliorum infertur. ductae tamen publicae exsequiae, laudavitque ipse apud rostra formam eius et quod divinae infantis parens fuisset aliaque fortunae munera pro virtutibus.

7 Mortem Poppaeae ut palam tristem, ita recordantibus lae-

---

11. *metus si* wie 1, 11 *quibus unus metus, si intelligere viderentur.* Vgl. hist. 1, 16 *ne tamen territus fueris, si duae legiones nondum quiescunt.* | 12. Das Adverb *palam* statt eines Adj. oder Part. dem *occultis* koordiniert, vgl. 13, 6 *honestis an secus amicis uteretur.* Sehr kühn Ov. met. 1, 20 *(frigida pugnabant calidis) sine pondere* (τοῖς ἄνευ βάρους οὖσι) *habentia pondus.* S. zu 6, 42, 18. | 15. *redditum* 'wieder hervorgeholt', aber sarkastisch, als ob 'die verhaltene Rachgier' *(dissimulatum odium)* eine vorenthaltene gewesen wäre. | Vespasian wird zuerst 3, 55 erwähnt: *praecipuus adstricti moris auctor.* Er kommt sonst in den Annalen nicht vor. Unter Caligula spielte er die Rolle eines Schmeichlers gegen den Kaiser, unter Claudius war er *legatus legionis* in Germanien und zeichnete sich in Britannien aus. Als Begleiter des Nero auf der griechischen Kunstreise fällt er in Ungnade, *cum cantante eo aut discederet saepius aut praesens obdormisceret* (Suet. Vesp. 4), ward aber bald darauf mit dem Oberbefehl gegen die Juden betraut. | 16. Phoebus wird nur hier von Tac. erwähnt. | 17. *meliorum precibus obtectum.* Das hier ungewöhnlich gesetzte Compositum soll wohl andeuten, daſs die *meliores* das Verhalten des Vespasian zu 'bemänteln' suchten, vgl. 4, 19 *proprium id Tiberio fuit scelera nuper reperta priscis verbis obtegere.* | *maiore fato,* weil seine Stellung im Orient die Vorstufe zur Thronbesteigung ward.

6. 1. Über Poppaea vgl. 14, 1. 59, 60. | 3. *venenum crediderim* 'an Gift —'. Acc. der Sache wie ähnlich bei *audire, accipere, legere* u. s. w. s. zu 4, 23, 10. | 5. *abolitum,* vgl. 2, 49 *deum aedes vetustate aut igni abolitas,* Plin. ep. 7, 19, 6 *libros — abolitos.* So zuerst Verg. A. 4, 497 *monumenta.* | 6. *differtus* 'angefüllt', selten, doch schon bei Caes. B. C. 3, 32, 4 *provincia differta praefectis.* | 7. *tumulus Iuliorum* ist das öfter erwähnte Mausoleum, das Augustus auf dem Marsfelde erbaut hatte. | 8. *apud* 'auf'.

7. 1. *mortem — invidia complevit* 'dem (von ihm verschuldeten) Tode der Poppaea fügte er noch eine gehässige That hinzu', eigentlich: er vervollständigte sein Verbrechen. | *ut — laetam* 'offiziell zwar betrauert, aber, wenn man sich (für sich auf sie) besann, ein frohes Ereignis'.

tam ob inpudicitiam eius saevitiamque, nova insuper invidia Nero complevit prohibendo C. Cassium officio exsequiarum, quod primum indicium mali. neque in longum dilatum est, sed Silanus additur, nullo crimine, nisi quod Cassius opibus vetustis et gravitate morum, Silanus claritudine generis et modesta iuventa praecellebant. igitur missa ad senatum oratione removendos a re publica utrosque disseruit, obiectavitque Cassio, quod inter imagines maiorum etiam C. Cassi effigiem coluisset, ita inscriptam 'duci partium': quippe semina belli civilis et defectionem a domo Caesarum quaesitam. ac *ne* memoria tantum infensi nominis ad discordias uteretur, adsumpsisse L. Silanum, iuvenem genere nobilem, animo praeruptum, quem novis rebus ostentaret.

8 Ipsum dehinc Silanum increpuit isdem, quibus patruum eius Torquatum, tamquam disponeret iam imperii curas praeficeretque rationibus et libellis et epistulis libertos, inania simul et falsa: nam Silanus intentior metu exitio patrui ad praecavendum exterritus erat. inducti posthac vocabulo indicum, qui in Lepidam, Cassii uxorem, Silani amitam, incestum cum fratris filio et diros sacrorum ritus confingerent. trahebantur ut conscii Volcatius Tullinus ac Marcellus Cornelius senatores et Calpurnius Fabatus eques Romanus; qui appellato principe instantem damnationem frustati, mox Neronem circa summa scelera distentum quasi minores evasere.

9 Tunc consulto senatus Cassio et Silano exilia decernun-

---

3. Über C. Cassius s. zu 12, 11. | 5. L. Silanus war (nach 15, 52) von Cassius erzogen, und Piso hatte gefürchtet, er möchte nach Nero auf den Thron erhoben werden. | 8. *removendos* ist ein gewählter euphemistischer Ausdruck, der das Exil andeutet. | *utrosque* statt *utrumque*. Der Plural ist besonders bei Liv. häufig z. B. 9, 12, 2; 29, 37, 7; 30, 8, 7. | 9. *C. Cassi*. Er soll der Anstifter der Verschwörung gegen Jul. Caesar gewesen sein. Die Kaiser aus dem julischen Hause waren stets mifstrauisch gegen die Verehrer des Brutus und Cassius; vgl. den Prozefs des Cremutius Cordus 4, 34. 35. | 13. *praeruptus* s. zu 5, 3, 1. | *quem novis* ctt. 'auf den er (als den Mann der Zukunft) für die Revolution hinweisen wollte' d. h. als auf den Thronfolger. Vgl. Agr. 13 *et monstratus fatis Vespasianus*.

8. 2. Der Tod des Torquatus ist 15, 35 erzählt. Auch ihm ward es als Verbrechen angerechnet, dafs er angeblich einigen seiner Sklaven die Titel kaiserlicher Hofbeamten beigelegt hätte. | 3. *inania* 'nichtig', insofern das nichts Ungesetzliches gewesen wäre. | Über die Form der Apposition s. Einl. § 47. | 4. *exitio patrui* steht nicht ἀπὸ κοινοῦ d. h. es gehört nicht auch zu *intentior metu*, sondern zu *exterritus erat*. | 6. Junia Lepida ist die Schwester des L. Silanus, der sich im J. 49 tötete, und der Junia Calvina, die von 49 bis 59 in der Verbannung gelebt hatte. Vgl. 12, 8. | 8. Volcatius ist unbekannt. Marcellus wird im J. 68 auf Befehl des Galba hingerichtet. | 9. Calpurnius war *prosocer* (Grofsvater der Frau) des jüngeren Plinius, von dem noch vier Briefe an ihn vorhanden sind. | 10. Über *circa* s. Einl. § 52.

9. 1. *consulto senatus*. Über die Stellung s. zu 11, 35, 4.

tur: de Lepida Caesar statueret. deportatusque in insulam Sardiniam Cassius, et senectus eius exspectabatur. Silanus, tamquam Naxum deveheretur, Ostiam amotus; post municipio Apuliae, cui nomen Barium est, clauditur. illic indignissimum casum sapienter tolerans a centurione ad caedem misso corripitur; suadentique venas abrumpere animum quidem morti destinatum ait, sed non remittere percussori gloriam ministerii. at centurio quamvis inermem, praevalidum tamen et irae quam timori propiorem cernens premi a militibus iubet. nec omisit Silanus obniti et intendere ictus, quantum manibus nudis valebat, donec a centurione vulneribus adversis tamquam in pugna caderet.

10 Haud minus prompte L. Vetus socrusque eius Sextia et Pollitta filia necem subiere, invisi principi, tamquam vivendo exprobrarent interfectum esse Rubellium Plautum, generum L. Veteris. sed initium detegendae saevitiae praebuit interversis patroni rebus ad accusandum transgrediens Fortunatus libertus, adscito Claudio Demiano, quem ob flagitia vinctum a Vetere Asiae pro consule exsolvit Nero in praemium accusationis. quod ubi cognitum reo, seque et libertum pari sorte componi, Formianos in agros digreditur. illic eum milites occulta custodia circumdant. aderat filia, super ingruens periculum longo dolore atrox, ex quo percussores Plauti mariti sui viderat; cruentamque cervicem eius amplexa servabat sanguinem et vestes respersas, vidua inplexa luctu continuo nec ullis alimentis nisi quae mortem arcerent. tum hortante patre

---

3. *Sardiniam.* Von dort kehrte er schon unter Vespasian zurück. | *senectus exspectabatur* 'man rechnete auf sein hohes Alter und erwartete sein Ende', dieselbe Prägnanz des Ausdrucks wie 11, 26 *quippe non eo ventum, ut senectam principis opperirentur.* (Ganz falsch übersetzt unsere Stelle Georges im Lex.[7] unter *exspectare* Sp. 2434 'man wartete es ab, bis er im hohen Alter starb'.) | 5. Barium liegt an der Küste, östlich von Canusium. | 7. *suadere* mit dem Infinitiv, s. zu 3, 53, 7. | 8. *remittere* ctt. ist bittere Ironie. | 9. *irae quam timori propiorem cernens,* s. 15, 20, 12. | 10. *premere* 'festhalten und niederdrücken'. | 11. *nudus* 'unbewaffnet' wie Liv. 28, 3, 11 *dextras nudas ostentantes, ut gladios abiecisse appareret.*

10. 1. Über L. Antistius Vetus, der im J. 55 mit Nero Konsul gewesen war, s. zu 13, 11. | 3. Rubellius war im J. 62 durch einen von Nero entsandten Centurio getötet. 14, 59. | 7. *pro consule.* Dies war er wahrscheinlich im vorigen Jahre (64) gewesen. | 8. *quod* weist auf den Acc. c. Inf. hin, aus Caes. bekannt. | Über *seque et* s. Einl. § 65, b. | *pari sorte componi* 'auf gleichem Fufse gegenübergestellt werde', was unwürdig war. Zu *componi* vgl. 15, 51 *accita Epicharis et cum indice composita.* | 9. Formiae lag an der Küste im südlichen Latium. | 13. *inplexa luctu continuo* 'in fortwährende Trauer versunken' vgl. Sen. nat. qu. 1, 1, 4 *videbimus, an rerum omnium certus ordo ducatur et alia aliis ita implexa sint.* Den Klassikern ist in ähnlichen Verbindungen *implicari* geläufiger *(morbo, angoribus et molestiis).* | *nec ullis alimentis* = *nullis alimentis.*

Neapolim pergit. et quia aditu Neronis prohibebatur, egressus obsidens, audiret insontem neve consulatus sui quondam collegam dederet liberto, modo muliebri eiulatu, aliquando sexum egressa voce infensa clamitabat, donec princeps immobilem se precibus et invidiae iuxta ostendit.

Ergo nuntiat patri abicere spem et uti necessitate: simul 11
adfertur parari cognitionem senatus et trucem sententiam. nec defuere, qui monerent magna ex parte heredem Caesarem nuncupare atque ita nepotibus de reliquo consulere. quod aspernatus, ne vitam proxime libertatem actam novissimo servitio foedaret, largitur in servos, quantum aderat pecuniae; et si qua asportari possent, sibi quemque deducere, tris modo lectulos ad suprema retineri iubet. tunc eodem in cubiculo, eodem ferro abscindunt venas, properique et singulis vestibus ad verecundiam velati balineis inferuntur, pater filiam, avia neptem, illa utrosque intuens, et certatim precantes labenti animae celerem exitum, ut relinquerent suos superstites et morituros. servavitque ordinem fortuna, ac seniores prius, tum, cui prima aetas, extinguuntur. accusati post sepulturam decretumque, ut more maiorum punirentur, et Nero intercessit, mortem sine arbitro permittens: ea caedibus peractis ludibria adiciebantur.

P. Gallus eques Romanus, quod Faenio Rufo intimus et 12
Veteri non alienus fuerat, aqua atque igni prohibitus est. liberto et accusatori praemium operae locus in theatro inter viatores tribunicios datur. et menses, qui Aprilem eundemque Neroneum sequebantur, Maius Claudii, Iunius Germanici vocabulis mutantur, testificante Cornelio Orfito, qui id censuerat,

---

17. *modo — aliquando,* s. zu 11, 34, 2. | 19. *invidia* 'Vorwürfe', vgl. 3, 67 *invidiam et preces miscuerat,* 4, 53 *invidiam et preces orditur.*

11. 1. *nuntiare* mit bloſsem Infinitiv wie 11, 37 *denuntiatque — exsequi caedem.* | 4. *nepotibus,* den Kindern des Rubellius Plautus. | 5. *novissimo servitio* 'zuletzt durch einen sklavischen Akt', wie 11, 3 *tantum illi securitatis novissimae fuit.* | 6. Die Präpos. *in* bezeichnet die Verteilung, wie 2, 8 *distributis in legiones ac socios navibus,* s. zu 1, 55, 4. | Übrigens verschenkte er deshalb alles, weil die Konfiskation bevorstand. | 9. *properique,* prädikatives Adjektiv statt eines Adverbs, wie 6, 44 *pergit properus,* hist. 3, 47 *subitus inrupit.* S. Einl. § 6. | 12. *suos.* Nicht die Kinder der Pollitta sind gemeint, sondern jeder der drei Sterbenden wünscht zuerst zu enden und so die zwei andern zu hinterlassen, die dann freilich auch sterben sollen, um dadurch der schimpflichen Hinrichtung zu entgehen. | 15. *more maiorum,* durch Stäupung und Enthauptung. | Statt *et Nero* setzt Halm *at Nero.* 'at non agitur, ut contrariae senatus et Neronis sententiae inter se opponantur, sed ut significetur et senatum et Neronem morte dissimulata ludibrium adiecisse.' Joh. Müller. | *sine arbitro.* Er wollte ihnen also den freiwilligen Tod (*liberum mortis arbitrium*) gewähren.

12. 2. *prohibere* für *arcere* oder *interdicere.* | *liberto et accusatori.* Nur Fortunatus (Kp. 10) ist gemeint, nicht Demianus. | 6. Cornelius Orfitus war im J. 51 mit Kaiser Claudius Konsul gewesen.

ideo Iunium mensem transmissum, quia duo iam Torquati ob scelera interfecti infaustum nomen Iunium fecissent.

13 Tot facinoribus foedum annum etiam di tempestatibus et morbis insignivere. vastata Campania turbine ventorum, qui villas arbusta fruges passim disiecit pertulitque violentiam ad vicina urbi; in qua omne mortalium genus vis pestilentiae depopulabatur, nulla caeli intemperie, quae occurreret oculis. sed domus corporibus exanimis, itinera funeribus complebantur; non sexus, non aetas periculo vacua; servitia perinde et ingenua plebes raptim extingui, inter coniugum et liberorum lamenta, qui dum adsident, dum deflent, saepe eodem rogo cremabantur. equitum senatorumque interitus, quamvis promisci, minus flebiles erant, tamquam communi mortalitate saevitiam principis praevenirent.

Eodem anno dilectus per Galliam Narbonensem Africamque et Asiam habiti sunt supplendis Illyrici legionibus, ex quibus aetate aut valetudine fessi sacramento solvebantur. cladem Lugdunensem quadragiens sestertio solatus est princeps, ut amissa urbi reponerent; quam pecuniam Lugdunenses ante obtulerant urbis casibus.

14 C. Suetonio Luccio Telesino consulibus Antistius Sosianus, factitatis in Neronem carminibus probrosis exilio, ut dixi, multatus, postquam id honoris indicibus tamque promptum ad caedes principem accepit, inquies animo et occasionum haud

---

7. *transmissum* 'umgenannt' sc. *in nomen Germanici.*

13. 11. *tamquam* 'da sie ja'. S. Einl. § 95. | *communi* 'allen gemeinsam', worauf jeder gefafst sein mufste. | 12. *praevenire* mit dem Accusativ findet sich erst seit Livius. Vgl. 14, 7 *nisi praeveniretur Agrippina,* das Passiv *praeventus* Sall. Jug. 71, 5. | 14. *Illyrici* vgl. hist. 2, 74 *ceterae Illyrici legiones.* | Zu Illyrien gehörten seit Augustus auch Dalmatien und die Provinzen an der unteren Donau. | 15. *cladem Lugdunensem solatus est* 'die Stadt Lugdunum entschädigte er wegen ihres Verlustes (Unglücks)'. Über die Redeweise vgl. die Anm. zu 3, 24, 1. *Solari* hat dieselbe Bedeutung 'entschädigen, Ersatz (Genugthuung) gewähren' z. B. 2, 86 *Caesar quamvis posthabitam deciens sestertii dote solatus est.* Ebenso *solacium* häufig z. B. 13, 44 *postquam spernebatur (Pontia), noctem unam ad solacium poscit.* | 16. Nach Seneca (ep. 91) war *Lugdunum* (Lyon) im J. 58 gänzlich abgebrannt. Erst jetzt, im J. 65, unterstützte Nero die Stadt, weil sie inzwischen, trotz ihrer eigenen Verluste, nach dem grofsen Brande Roms Geldbeiträge eingesandt hatte.

14. 1. Über Suetonius Paulinus, der im J. 61 in Britannien befehligt hatte, s. zu 14, 29. | Luccius Telesinus wird später von Domitian verbannt. | 2. *probrosis.* Vgl. 14, 48 *probrosa adversus principem carmina factitavit.* Ebendaselbst wird erzählt, dafs Antistius (im J. 62) wegen seiner Spottgedichte verbannt ward. | 4. *inquies animo* 'ein unruhiger Geist', vgl. 6, 18 *moribus inquies.* | *occasionum haud segnis* 'die Gelegenheiten beim Schopfe ergreifend' (nicht wie Nipperdey-Andresen meinen 'im Auffinden von Gelegenheiten'). *haud segnis,* ein Begriff. *segnis* mit Gen. auch 14, 33 *laborum segnes,* s. Einl. § 44.

segnis Pammenem, eiusdem loci exulem et Chaldaeorum arte famosum eoque multorum amicitiis innexum, similitudine fortunae sibi conciliat. ventitare ad eum nuntios et consultationes non frustra ratus, simul annuam pecuniam a P. Anteio ministrari cognoscit. neque nescium habebat Anteium caritate Agrippinae invisum Neroni opesque eius praecipuas ad eliciendam cupidinem eamque causam multis exitio esse. igitur interceptis Antei litteris, furatus etiam libellos, quibus dies genitalis eius et eventura secretis Pammenis occultabantur, simul repertis, quae de ortu vitaque Ostorii Scapulae composita erant, scribit ad principem magna se et quae incolumitati eius conducerent, adlaturum, si brevem exilii veniam inpetravisset: quippe Anteium et Ostorium inminere rebus et sua Caesarisque fata scrutari. exin missae liburnicae advehiturque propere Sosianus. ac vulgato eius indicio inter damnatos magis quam inter reos Anteius Ostoriusque habebantur, adeo ut testamentum Antei nemo obsignaret, nisi Tigellinus auctor extitisset monito prius Anteio, ne supremas tabulas moraretur. atque ille hausto veneno, tarditatem eius perosus intercisis venis mortem adproperavit.

15 Ostorius longinquis in agris apud finem Ligurum id temporis erat. eo missus centurio, qui caedem eius maturaret. causa festinandi ex eo oriebatur, quod Ostorius multa militari fama et civicam coronam apud Britanniam meritus, ingenti corpore armorumque scientia metum Neroni fecerat, ne invaderet pavidum semper et reperta nuper coniuratione magis exterritum. igitur centurio, ubi effugia villae clausit, iussa imperatoris Ostorio aperit. is fortitudinem saepe adversum hostes spectatam in se vertit: et quia venae quamquam interruptae parum sanguinis effundebant, hactenus manu servi usus, ut

---

5. Die Chaldäer oder *mathematici* sind Astrologen. | 8. *non frustra* 'nicht ohne Grund' (s. zu 1, 30, 7) gehört zu *ventitare*. | P. Antejus hatte Ursache, dem Nero zu zürnen, da dieser ihn im J. 55 zum Statthalter von Syrien designiert, aber in Rom zurückgehalten hatte. 13, 22. | 9. *nescium* passivisch 'unbekannt', s. 1, 59, 10. | 12. *dies genitalis* bezeichnet nicht nur das Datum, sondern die gleichzeitige Stellung der Planeten, die Konstellation, *positus siderum* 6, 21. Vgl. ebendaselbst: *genitalem horam*. | 13. *secretis* = *occultis notis* (2, 30) 'in der Geheimschrift'. | 14. Der junge Ostorius, dessen Vater im J. 50 als Oberbefehlshaber in Britannien starb, wird 12, 31 ehrenvoll erwähnt. | 17. *inminere rebus* 'trachteten nach der Herrschaft der Dinge, strebten nach der Weltherrschaft' (im Grunde dasselbe wie *i. rebus Romanis*, was Ritter eingesetzt wissen wollte). Vgl. hist. 4, 18 *validissimarum ditissimarumque nationum regno imminebat*. | 22. *monito*, aoristisch, s. Einl. § 110, b. | *prius* d. h. ehe Sosianus ankam. | 23. *hausto veneno — eius*, s. zu 14, 10, 1.

15. 1. *apud finem* statt *in extremis*, wie Liv. 9, 6, 10 *ut proficiscentes ad finem Campanum prosequerentur*. | 4. *civicam coronam*, nach 12, 31 *qua pugna filius legati M. Ostorius servati civis decus meruit*. | *apud* 'in'.

inmotum pugionem extolleret, adpressit dextram eius iuguloque occurrit.

16 Etiam si bella externa et obitas pro re publica mortes tanta casuum similitudine memorarem, meque ipsum satias cepisset aliorumque taedium exspectarem, quamvis honestos civium exitus, tristes tamen et continuos aspernantium. at nunc patientia servilis tantumque sanguinis domi perditum fatigant animum et maestitia restringunt. neque aliam defensionem ab iis, quibus ista noscentur, exegerim, quam ne oderim tam segniter pereuntes. ira illa numinum in res Romanas fuit, quam non, ut in cladibus exercituum aut captivitate urbium, semel edito transire licet. detur hoc inlustrium virorum posteritati, ut quo modo exsequiis a promisca sepultura separantur, ita in traditione supremorum accipiant habeantque propriam memoriam.

17 Paucos quippe intra dies eodem agmine Annaeus Mela, Cerialis Anicius, Rufrius Crispinus ac T. Petronius cecidere, Mela

---

16. 2. *meque — aliorumque.* Über diese erst in den Annalen vorkommende poetische Form der Koordination s. zu 2, 3, 7. | 4. *at nunc.* Nicht den Gegensatz gegen den vorangehenden Irrealis, sondern die Steigerung der *satias* und des *taedium* einführend. | 6. *maestitia restringunt (animum)* erg. *tamquam vinclo* (14, 64; 15, 57) 'das Gemüt in Fesseln schlagen, ihm die Freiheit rauben, es beklemmen'. | *neque aliam defensionem . . . exegerim, quam ne oderim* dem Sinne nach bereits richtig von Ernesti erklärt 'non aliter me defendam quam ut rogem, concedant mihi non odisse et punire silentio ignaviam sic instar pecorum caedi se praebentium'. Aber die grammatische ratio fehlt bei Ernesti wie bei allen andern Herausgebern und Interpreten. Wie es hist. 3, 54 heifst *(Iulius Agrestis) ut cuncta viseret, postulat* (= *ut cuncta visere sibi liceret*) oder ann. 1, 15 *tribuni plebei petivere, ut proprio sumptu ederent ludos* ('geben dürften'), so ist *(neque . . . exegerim quam) ne oderim = ut mihi liceat non odisse* 'dafs ich nicht zu hassen brauche'. Nach dem Zugeständnis des Verlangten oder Erbetenen wird nicht gefragt: diese energische Kürze des Ausdrucks ist für den Lateiner, nicht blofs für Tacitus, höchst charakteristisch. Mehr Beispiele 1, 15, 8. | 8. *ira illa (numinum) fuit* 'es war das ein Strafgericht' ist in demselben Sinne gesagt wie hist. 1, 3 *nec enim umquam atrocioribus populi Romani cladibus magisve iustis indiciis adprobatum est non esse curae deis securitatem nostram, esse ultionem.* Vgl. Lucan 4, 807 u. f. *felix Roma quidem civesque habitura beatos, si libertatis superis tam cura placeret quam vindicta placet.* | 9. *in captivitate urbium,* s. 13, 25, 10. | 10. *(quam non) semel edito transire licet* '(über das) man nicht mit einmaliger (summarischer) Erwähnung hinweggehen darf'. *semel* 'auf ein Mal, ein für alle Mal', so dafs es abgethan oder erledigt ist. Verg. Aen. 11, 418 *procubuit moriens et humum semel ore momordit* (ἅπαξ, καθάπαξ). | *edito* als absoluter Abl. nur hier. *edere* im Sinne von *exponere, proferre* (mit Unrecht von Madvig Adv. crit. III p. 238 bestritten) s. zu 15, 5, 8 und Müller, de off. 1 § 119 p. 71. | 11. *posteritati* 'dem Andenken bei der Nachwelt', eine Brachylogie.

17. 1. Über *quippe* in Anastrophe s. zu 2, 15 *classem quippe et avia Oceani quaesita.* | 2. Petronius ist wahrscheinlich derselbe, von welchem unter dem Titel *satirae (Menippeae)* Bruchstücke eines aus

et Crispinus equites Romani dignitate senatoria. nam hic quondam praefectus praetorii et consularibus insignibus donatus ac nuper crimine coniurationis in Sardiniam exactus, accepto iussae mortis nuntio semet interfecit. Mela, quibus Gallio et Seneca parentibus natus, petitione honorum abstinuerat per ambitionem praeposteram, ut eques Romanus consularibus potentia aequaretur; simul adquirendae pecuniae brevius iter credebat per procurationes administrandis principis negotiis. idem Annaeum Lucanum genuerat, grande adiumentum claritudinis. quo interfecto dum rem familiarem eius acriter requirit, accusatorem concivit Fabium Romanum, ex intimis Lucani amicis. mixta inter patrem filiumque coniurationis scientia fingitur, adsimilatis Lucani litteris: quas inspectas Nero ferri ad eum iussit, opibus eius inhians. at Mela, quae tum promptissima mortis via, exsolvit venas, scriptis codicillis, quibus grandem pecuniam in Tigellinum generumque eius Cossutianum Capitonem erogabat, quo cetera manerent. additur codicillis, tamquam de iniquitate exitii querens ita scripsisset se quidem mori nullis supplicii causis, Rufrium autem Crispinum et Anicium Cerialem vita frui infensos principi. quae composita credebantur de Crispino, quia interfectus erat, de Ceriale, ut interficeretur. neque enim multo post vim sibi attulit minore

Prosa und Versen bestehenden Romans vorhanden sind. | 3. *dignitate senatoria,* also waren sie *equites inlustres,* mit senatorischem Census (seit Augustus 1 Mill. Sesterzen). Sie trugen wie die Senatoren den *latus clavus,* den breiten Purpurbesatz an der Tunica und konnten in den Senat aufgenommen werden. Sie heifsen 2, 59 und 15, 28 *inlustres,* 11, 5 *insignes,* hist. 1, 4 *primores equitum* (vgl. Heraeus). | 4. *praefectus praetorii,* unter Claudius, aber im J. 51 abgesetzt, worauf Burrus sein Amt erhielt. S. 12, 42. | Nach 11, 4 erhielt Crispinus nicht die konsularischen, sondern die prätorischen Insignien, weil er im J. 47 auf Befehl des Claudius den Valerius Asiaticus arretierte. | 10. *per procurationes,* d. h. als Prokurator in kaiserlichen Provinzen. | 12. *quo interfecto — eius,* s. zu 14, 12, 1. | 14. *adsimilare* 'fingieren, fälschen'. 4, 8. 59; 6, 25. | 16. *opibus eius inhians.* 11, 1; 12, 59. | *quae — via,* Apposition gleich einer Parenthese vorangestellt, s. zu 12, 42, 14. | 18. Cossutianus hatte im J. 62 den Prätor Antistius der Majestätsbeleidigung angeklagt. S. 14, 48. | 20. *se quidem mori,* anakoluthisch abhängig gemacht von dem Zwischensatz *tamquam ... querens ita scripsisset* statt von *additur codicillis.* Derartiges schon öfter bei Cic. z. B. de off. 1, 7, 22 *atque, ut placet Stoicis, quae in terris gignantur, ad usum hominum omnia creari* (s. Müller z. d. St. und zu Cic. II P. II p. XXXVII), vgl. ann. 4, 56, 3 *transcendere ad ea, quis maxime fidebant, in populum Romanum officiis.* | 23. *de Crispino — interficeretur.* Crispinus würde er bei Lebzeiten nicht angeklagt haben. Nun er tot war und die Anklage nichts mehr schaden konnte, sollte die Nennung seines Namens es verdecken, dafs sein (des Mela) ganzer Hafs sich gegen Cerialis richtete. | 24. *neque enim — miseratione* 'denn ob seines bald darauf erfolgten Selbstmordes fand er weniger Mitleid als die übrigen'. *minore miseratione* bildet das logische Prädikat (weshalb auch das Komma vor *minore* fehlen mufs), vgl. 13, 13, 18 und s. zu 1, 18, 9. | Durch *enim* wird *credebantur (composita ... ut interficeretur)* begründet.

quam ceteri miseratione, quia proditam Gaio Caesari coniurationem ab eo meminerant.

18 De Petronio pauca supra repetenda sunt. nam illi dies per somnum, nox officiis et oblectamentis vitae transigebatur; utque alios industria, ita hunc ignavia ad famam protulerat, habebaturque non ganeo et profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu. ac dicta factaque eius quanto solutiora et quandam sui neglegentiam praeferentia, tanto gratius in speciem simplicitatis accipiebantur. pro consule tamen Bithyniae et mox consul vigentem se ac parem negotiis ostendit. dein revolutus ad vitia, seu vitiorum imitatione, inter paucos familiarium Neroni adsumptus est elegantiae arbiter, dum nihil amoenum et molle adfluentia putat, nisi quod ei Petronius adprobavisset. unde invidia Tigellini quasi adversus aemulum et scientia voluptatum potiorem. ergo crudelitatem principis, cui ceterae libidines cedebant, adgreditur, amicitiam Scaevini Petronio obiectans, corrupto ad indicium servo ademptaque defensione et maiore parte familiae in vincla rapta.

19 Forte illis diebus Campaniam petiverat Caesar, et Cumas usque progressus Petronius illic attinebatur; nec tulit ultra timoris aut spei moras. neque tamen praeceps vitam expulit, sed incisas venas, ut libitum, obligatas aperire rursum et adloqui amicos, non per seria aut quibus gloriam constantiae peteret. audiebatque referentes, nihil de inmortalitate animae et sapientium placitis, sed levia carmina et faciles versus. ser-

---

25. *coniurationem,* im Jahre 40.

18. 2. *officiis* 'gesellschaftlichen Pflichten'. | 3. Über *protulerat* s. zu 12, 3, 9. | 4. *et* im negativen Satze: s. Einl. § 61. | *profligator* 'Verschwender', in diesem Sinne ἅπ. εἰρ. | 5. *erudito luxu,* Ablativ der Eigenschaft bei *haberi,* wie 6, 48 *Balbus truci eloquentia habebatur.* | 7. *accipere in* 'als etwas aufnehmen', s. zu 6, 13, 9. | *simplicitatis.* Man nahm seine derben Zoten als Späſse eines harmlosen Menschen auf. | 9. *revolutus,* s. 4, 9, 3 zu *ad vana r.* | 10. *elegantiae arbiter* 'als Schiedsrichter in Sachen des (höfischen) Geschmacks, vgl. hist. 1, 73 *(Calvia) magistra libidinum*, wozu Heraeus bemerkt: 'Calvia hatte wohl eine ähnliche Stellung in Neros Umgebung eingenommen, wie Petronius, der als *arbiter elegantiae* den maître des menus plaisirs spielte. — Zu *arbiter* stimmt übrigens der auf den Titeln der Handschriften stehende Name Petronius Arbiter. | 11. *putat* sc. *Nero,* der auch das logische Subjekt des Hauptsatzes bildet. | 12. *adprobare alicui aliquid* (= *efficere, ut aliquid probetur*) 15, 59, Agr. 5 *prima castrorum rudimenta Suetonio Paulino adprobavit.* | 14. *adgreditur* 'er wendet sich an'. Vgl. hist. 1, 78 *largitione provinciarum animos adgressus.* | 15. Scaevinus wird 15, 49 als Teilnehmer an der Verschwörung des Piso genannt; er war Senator.

19. 3. *vitam expulit.* Anders noch Cic. p. Mur. § 34 *illum vita expulit.* | 4. *incisas venas* (ursprünglich vom Kappen der Taue, für *intercidere* wie hist. 5, 22 *incisis tabernaculorum funibus* nach Verg. Aen. 3, 667 *tacitique incidere funem*) schon Cic. de har. resp. § 35 *crudelissime venas incideret.* | *ut libitum, obligatas* = *obligatas, ut libitum.* | 7. *carmina*

vorum alios largitione, quosdam verberibus adfecit. iniit epulas, somno indulsit, ut quamquam coacta mors fortuitae similis esset. ne codicillis quidem, quod plerique pereuntium, Neronem aut Tigellinum aut quem alium potentium adulatus est: sed flagitia principis sub nominibus exoletorum feminarumque et novitatem cuiusque stupri perscripsit atque obsignata misit Neroni. fregitque anulum, ne mox usui esset ad facienda pericula.

Ambigenti Neroni, quonam modo noctium suarum ingenia 20
notescerent, offertur Silia, matrimonio senatoris haud ignota et ipsi ad omnem libidinem adscita ac Petronio perquam familiaris. agitur in exilium, tamquam non siluisset, quae viderat pertuleratque, proprio odio. at Minucium Thermum praetura functum Tigellini simultatibus dedit, quia libertus Thermi quaedam de Tigellino criminose detulerat, quae cruciatibus tormentorum ipse, patronus eius nece inmerita lueret.

Trucidatis tot insignibus viris, ad postremum Nero vir- 21
tutem ipsam excindere concupivit interfecto Thrasea Paeto et Barea Sorano, olim utrisque infensus, et accedentibus causis in Thraseam, quod senatu egressus est, cum de Agrippina referretur, ut memoravi, quodque Iuvenalium ludicro parum exspectabilem operam praebuerat; eaque offensio altius pene-

---

sind Lieder, wahrscheinlich in Strophen, *versus* dagegen Jamben oder Dactylen von satirischem oder obscönem Inhalt. | 8. *alios — quosdam,* wie 11, 7 *multos — quosdam.* S. Einl. § 72. | 12. *sub nominibus* d. h. er nannte die Namen der allgemein bekannten Teilnehmer, so daſs es nicht nötig war, den Nero selbst zu nennen. Vgl. 5, 4 *sub nominibus consularium,* Liv. 1, 36, 8 *sub iisdem nominibus appellati sunt,* ibid. Kp. 43, 9. | *flagitia ... et novitatem perscripsit* 'von den Schandthaten —', vgl. Cic. ad Quint. fratr. 3, 5, 3 *amor, quem ad me perscripsit* und s. zu Kp. 22, 12. | 14. *anulum.* Der Siegelring hätte zur Fälschung von Briefen und Dokumenten benutzt werden können. | *usui esset* Passiv von *utor,* s. 11, 14, 14.

20. 1. *noctium suarum ingenia* (= *ingenii commenta*) 'die Launen (das Raffinement) seiner nächtlichen Lüste' vgl. Plin. pan. 49 *non aurum nec argentum nec exquisita ingenia cenarum* (Enallage!) ... *miramur,* Tac. hist. 4, 32 *dominorum ingenia* 'der Zwingherren Launen, Grillen', 3, 28 *Hormi id ingenium.* | 4. *tamquam* 'weil' in indirekter Rede. | 5. *proprio odio* 'aber es war persönlicher Haſs' des Nero nämlich, im Gegensatz gegen Tigellinus. Über den Ablativ, der das logische Prädikat gegenüber dem grammatischen *agitur in exilium* bildet, vgl. z. B. Kp. 17, 24. | 8. *lueret* 'büſsen sollte, muſste' der Konjunktiv des vom Schicksal Gewollten, wie Germ. 29 *Batavi ... Chattorum quondam populus in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperii fierent,* Agr. 34 *novissimae res ... defixere aciem in his vestigiis, in quibus pulchram et spectabilem victoriam ederetis.* Vgl. auch 15, 46 zu *adesset.*

21. 2. Über Thrasea s. zu 13, 49. Soranus, der im J. 52 designierter Konsul war, erscheint aber 12, 53 in dem zweideutigen Lichte eines Schmeichlers des Freigelassenen Pallas. | 4. *egressus est.* Als der Senat im J. 59 sich herbeiläſst, das Andenken der ermordeten Agrippina zu schänden, verläſst Thrasea den Sitzungssaal. 14, 12. | 6. *exspectabilem*

trabat, quia idem Thrasea Patavi, unde ortus erat, ludis vetustis a Troiano Antenore institutis habitu tragico cecinerat. die quoque, quo praetor Antistius ob probra in Neronem composita ad mortem damnabatur, mitiora censuit obtinuitque; et dum deum honores Poppaeae decernuntur, sponte absens, funeri non interfuerat. quae oblitterari non sinebat Capito Cossutianus, praeter animum ad flagitia praecipitem iniquus Thraseae, quod auctoritate eius concidisset, iuvantis Cilicum legatos, dum Capitonem repetundarum interrogant.

22 Quin et illa obiectabat, principio anni vitare Thraseam sollemne ius iurandum; nuncupationibus votorum non adesse, quamvis quindecimvirali sacerdotio praeditum; numquam pro salute principis aut caelesti voce immolavisse; adsiduum olim et indefessum, qui vulgaribus quoque patrum consultis semet fautorem aut adversarium ostenderet, triennio non introisse curiam, nuperrimeque, cum ad coercendos Silanum et Veterem certatim concurreretur, privatis potius clientium negotiis vacavisse: secessionem iam id et partes et, si idem multi audeant, bellum esse. 'ut quondam C. Caesarem' inquit 'et M. Catonem, ita nunc te, Nero, et Thraseam avida discordiarum civitas loquitur. et habet sectatores vel potius satellites, qui nondum contumaciam sententiarum, sed habitum vultumque eius sec-

---

'ansehnlich' = *spectabilem*, wie man meist mit Agricola schreibt; vgl. indessen auct. itin. Alex. 40 (93) *in aprum exspectabilis formae.* | 7. *vetustis* ist eine Konjektur von R. Seyffert statt des handschriftl. *cetastis.* | Nach einer Sage, die auch Vergil und Livius erwähnen, sollte Antenor in Ober-Italien gelandet sein und Padua gegründet haben. | 9. Über den Prätor Antistius s. 14, 48. | 10. *ad mortem damnabatur,* s. 6, 38, 16 zu *extremum ad supplicium damnatus.* | 11. *sponte* 'absichtlich'. | 15. *repetundarum interrogant,* s. zu 13, 14, 16.

22. 1. Der Eid ist der des Senates *in acta principum*, beim Regierungsantritt des Kaisers und jährlich am 1. Januar. Vgl. zu 1, 72, 3. | 2. Die *vota* sind die an jedem 3. Januar abgehaltenen Gebete der Priesterkollegien *pro incolumitate principis,* die auch 4, 17 erwähnt werden. | 3. Die *quindecimviri* sind die Bewahrer der sibyllinischen Bücher. Vgl. zu 3, 64. | 4. *voce.* Auch bei Suet. Ner. 21 wird seine Stimme von Schmeichlern *caelestis vox* genannt. | 7. Über Silanus s. Kp. 7; L. Vetus Kp. 10. | 9. *id,* nicht assimiliert, wie 1, 49 *non medicinam illud — sed cladem appellans,* 2, 38 *non enim preces sunt istud, sed efflagitatio,* 4, 19 *quasi illud respublica esset,* hist. 1, 49, Agr. 43. Vgl. Thuc. 6, 77, 1 *ὅτι οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσίν.* | 10. *M. Catonem,* nämlich Uticensem. | 12. *te . . . loquitur* 'führt im Munde', wie hist. 1, 50 *captam urbem, vastitatem Italiae, direptiones provinciarum, Pharsaliam ac Mutinam, Philippos et Perusiam, nota publicarum cladium nomina, loquebantur,* 4, 12 *caesos exercitus, capta legionum hiberna non ut mala loquebantur,* Cic. p. Mil. § 63 *multi etiam Catilinam atque illa portenta loquebantur,* Liv. 5, 54, 5 *ne singulas loquar* ('erwähne') *urbes* u. a. Zu diesem Acc. der Person oder Sache, von der man spricht, der selbst in der klassischen Sprache auch bei *audire, accipere, legere* ganz gewöhnlich ist, vgl. Kp. 19, 12 und s. zu 4, 23, 10.

tantur, rigidi et tristes, quo tibi lasciviam exprobrent. huic uni incolumitas tua sine *cura*, artes sine honore. prosperas principis res spernit: etiamne luctibus et doloribus non satiatur? eiusdem animi est Poppaeam divam non credere, cuius in acta divi Augusti et divi Iuli non iurare. spernit religiones, abrogat leges. diurna populi Romani per provincias, per exercitus curatius leguntur, ut noscatur, quid Thrasea non fecerit. aut transeamus ad illa instituta, si potiora sunt, aut nova cupientibus auferatur dux et auctor. ista secta Tuberones et Favonios, veteri quoque rei publicae ingrata nomina, genuit. ut imperium evertant, libertatem praeferunt: si perverterint, libertatem ipsam adgredientur. frustra Cassium amovisti, si gliscere et vigere Brutorum aemulos passurus es. denique nihil ipse de Thrasea scripseris: disceptatorem senatum nobis relinque.' extollit ira promptum Cossutiani animum Nero adicitque Marcellum Eprium acri eloquentia.

23 At Baream Soranum iam sibi Ostorius Sabinus eques Romanus poposcerat reum ex proconsulatu Asiae, in quo offensiones principis auxit iustitia atque industria, et quia portui Ephesiorum aperiendo curam insumpserat vimque civitatis Pergamenae, prohibentis Acratum Caesaris libertum statuas et picturas evehere, inultam omiserat. sed crimini dabatur amicitia Plauti et ambitio conciliandae provinciae ad spes novas. tempus damnationi delectum, quo Tiridates accipiendo Armeniae regno adventabat, ut *versis* ad externa rumoribus intestinum

---

15. *prosperas principis res,* vgl. hist. 2, 1 *prosperae Vespasiani res.* | 16. *Etiamne — non satiatur.* Wir erwarten *etiamne luctus et dolores spernit?* oder *ne luctibus quidem et doloribus satiatur?* Indessen *non satiari* bildet einen Begriff, so dafs man auch nicht gut von *etiam — non* reden kann (das sonst bei Tac. 13, 3 und Agr. 43 steht. Vgl. zu 3, 54, 30). | 19. *abrogat leges,* insofern er den gesetzlichen Akt der jährlichen Eidesleistung umgeht. | *diurna,* die seit Caesar erscheinende Zeitung, auch *diurna urbis acta* 13, 31. S. zu 5, 4, 2. | 20. *curatius* statt *accuratius*, s. zu 1, 13, 25. | 21. *illa,* nämlich die republikanische Verfassung. | 22. Tubero, ein Stoiker, war Gegner der Gracchen, Favonius ein Freund des Cato Uticensis. Über den generellen Plural (wie 15, 14 *Lucullos, Pompeios*) s. 1, 10, 18 zu *Varrones, Egnatios, Iullos.* | 24. *praeferunt* statt *prae se ferunt,* s. zu 2, 53, 13. | 25. *Cassium,* den in Kp. 7 erwähnten. | 27. *scripseris,* in einem kaiserlichen Reskript an den Senat mit der Aufforderung zur Einleitung des Prozesses. | 28. *extollit* 'er reizt'. Ähnlich 4, 17 *ne quis mobiles adulescentium animos — ad superbiam extolleret.* | 29. Über die späteren Schicksale des Eprius s. zu 12, 4.

23. 1. *eques Romanus* ist hinzugefügt, um diesen sonst Unbekannten von dem Kp. 15 erwähnten Ostorius zu unterscheiden. | 2. *proconsulatu,* wahrscheinlich 61—62. | 3. *quia* 'dadurch dafs, indem', s. zu 3, 9, 7. | 7. *Plauti.* Es ist Rubellius Plautus, den Nero im J. 62 ermorden liefs. S. 14, 59. | *ambitio,* indem er angeblich nur deshalb die Provinz gut behandelt habe, um populär und mächtig zu werden. | 9. *adventabat* mit dem Dat. gerund. wie 6, 43 *reddendae dominationi venisse,* 15, 24 *accipiendo diademati in urbem venire.* | *externa* 'das Ausland' wie 11, 24, 11.

scelus obscuraretur, an ut magnitudinem imperatoriam caede insignium virorum quasi regio facinore ostentaret.

24 Igitur omni civitate ad excipiendum principem spectandumque regem effusa, Thrasea occursu prohibitus non demisit animum, sed codicillos ad Neronem composuit, requirens obiecta et expurgaturum adseverans, si notitiam criminum et copiam diluendi habuisset. eos codicillos Nero properanter accepit, spe, exterritum Thraseam scripsisse, per quae claritudinem principis extolleret suamque famam dehonestaret. quod ubi non evenit vultumque et spiritus et libertatem insontis ultro extimuit, vocari patres iubet.

25 Tum Thrasea inter proximos consultavit, temptaretne defensionem an sperneret. diversa consilia adferebantur. quibus intrari curiam placebat, securos esse de constantia eius disserunt; nihil dicturum, nisi quo gloriam augeret; segnes et pavidos supremis suis secretum circumdare: aspiceret populus virum morti obvium, audiret senatus voces quasi ex aliquo numine supra humanas: posse ipso miraculo etiam Neronem permoveri. sin crudelitati insisteret, distingui certe apud posteros memoriam honesti exitus ab ignavia per silentium pereuntium.

26 Contra qui opperiendum domi censebant, de ipso Thrasea eadem, sed ludibria et contumelias imminere: subtraheret aures conviciis et probris. non solum Cossutianum aut Eprium ad scelus promptos: superesse qui forsitan manus ictusque per immanitatem ingesturi sint; etiam bonos metu sequi. detraheret potius senatui, quem perornavisset, infamiam tanti flagitii, et relinqueret incertum, quid viso Thrasea reo decreturi

---

24. 1. *excipiendum.* Er kam aus Campanien, nachdem er den Tiridates in Neapel empfangen hatte. | 2. *occursu prohibitus,* ein Zeichen der Ungnade, wie 15, 23 *Thraseam prohibitum inmoto animo praenuntiam imminentis caedis contumeliam excepisse.* | 4. *expurgaturum* sc. *obiecta* 'er werde sich wegen der Beschuldigungen rechtfertigen', beruht auf dem 3, 24, 1 erörterten Sprachgebrauch. | *expurgare* wie *purgare* bei Liv. 8, 23, 4 *neque eo neglegentius ea, quae ipsis obicerentur, purgabant.* | 8. *spiritus* 'den hochgemuten Sinn'. | *ultro* '(er) seinerseits'.

25. 8. *crudelitati insisteret* 'in der Grausamkeit beharre, daran festhalte', wie 2, 21 *insisterent caedibus*, hist. 2, 46 *spei* u. a. | 9. *ab ignavia = a memoria ignaviae,* comparatio compendiaria wie Agr. 24 *solum caelumque et ingenia cultusque hominum haud multum a Britannia differt,* dial. 14 *audentior et poetarum quam oratorum similior oratio.* An unserer Stelle hätte es, da *apud posteros* vorhergeht, auch einfach heifsen können *(distingui) honestum exitum ab ignavia.* Zum Gedanken vgl. hist. 1, 21 ex. *mortem omnibus ex natura aequalem oblivione apud posteros vel gloria distingui, ac si nocentem innocentemque idem exitus maneat, acrioris viri esse merito perire* (der gewaltsame Tod ist gemeint).

26. 4. *superesse qui* 'es gebe aufserdem solche, welche'. | *manus* 'Thätlickkeiten'. | 6. *quem perornavisset* 'den er immer geziert hätte'. Cic. Brut. § 158 *idem* sc. *Crassus et perornatus* ('sehr schön') *et perbrevis.*

patres fuerint. ut Neronem flagitiorum pudor caperet, inrita spe agitari; multoque magis timendum, ne in coniugem, in filiam, in cetera pignora eius saeviret. proinde intemeratus, inpollutus, quorum vestigiis et studiis vitam duxerit, eorum gloria peteret finem. aderat consilio Rusticus Arulenus, flagrans iuvenis, et cupidine laudis offerebat se intercessurum senatus consulto: nam plebei tribunus erat. cohibuit spiritus eius Thrasea, ne vana et reo non profutura, intercessori exitiosa inciperet. sibi actam aetatem, et tot per annos continuum vitae ordinem non deserendum: illi initium magistratuum et integra, quae supersint. multum ante secum expenderet, quod tali in tempore capessendae rei publicae iter ingrederetur. ceterum ipse, an venire in senatum deceret, meditationi suae reliquit.

At postera luce duae praetoriae cohortes armatae templum 27
Genetricis Veneris insidere. aditum senatus globus togatorum obsederat non occultis gladiis, dispersique per fora ac basilicas

---

8. *ut — caperet* statt des Acc. c. Inf. von *inrita spe agitari* abhängig. Plaut. Bacch. 370 *nemo advenit, nisi quem spes reliquere omnes, esse ut frugi possiet,* Cic. Lael. § 68 *novitates si spem adferunt, ut tamquam in herbis non fallacibus fructus adpareat,* Liv. 34, 27, 3 *ut salvum vellent tyrannum, sperare non poterat (tyrannus),* Sen. contr. 25, 18 *non speramus, ut illum iudex probet, sed ut dimittat,* Gell. 7, 14, 4 *quando aut spes magna est, ut is, qui peccavit, citra poenam ipse sese ultro corrigat, aut spes contra nulla est emendari eum posse.* Noch mehr Beispiele bei C. F. W. Müller zu Cic. Lael. a. a. O. S. 428—430. | 10. Unter *pignora* sind sonstige Verwandte zu verstehen. Vgl. 15, 36 *proxima pignora,* 57 *carissima suorum quisque pignorum.* | 11. Mit *quorum* ctt. sind die Stoiker gemeint, welche den freiwilligen Tod bedingungsweise gestatteten, nach Diog. Laert. 7, 1, 66 *εὐλόγως φασὶν ἐξάξειν ἑαυτὸν τοῦ βίου τὸν σοφὸν καὶ ὑπὲρ πατρίδος καὶ ὑπὲρ φίλων κἂν ἐν σκληροτέρᾳ γένηται ἀλγηδόνι ἢ πηρώσεσιν ἢ νόσοις ἀνιάτοις.* | *eorum gloria* würde, wenn es allein stünde, nicht zu verstehen sein, aber die beiden Ablative *studiis* und *gloria* sind im engsten Anschluſs an *quorum vestigiis* (= *quorum vestigiis insistens*) gesetzt, was um so eher geschehen konnte, als die Analogie bekannter Ablative wie dieser *more et exemplo populi Romani* — (Caes.), *aliorum exemplo institutoque aliquid facere* (Cic.) 'nach —' durch den Gedanken nahe gelegt war. | *vitam ducere* statt *vitam degere* absichtlich gewählt, um die Schwere des Daseins, das ein Thrasea unter Nero führte, zu kennzeichnen, vgl. Verg. Aen. 3, 315 *vivo equidem vitamque extrema per omnia duco.* — *gloria* 'das rühmliche Thun, das rühmliche Beispiel' wie 2, 88 *qua gloria aequabat se Tiberius priscis imperatoribus.* | 12. Arulenus Rusticus, im J. 69 Prätor, ward von Domitian getötet, weil er den Thrasea und Helvidius Priscus in einer Schrift gelobt und sie *sanctissimos viros* genannt hatte. Suet. Dom. 10. | 16. *actam* sc. *esse.* | 18. *integra* 'unverkümmert'. | *multum — expenderet* 'er möge es sich zuvor doch gehörig überlegen'.

27. 1. *armatae,* d. h. nicht bloſs, wie bei dem gewöhnlichen Wachdienst, mit Schwert und Lanze, sondern mit Panzer, Schild und Helm. | 2. *Genetricis Veneris.* Dieser Tempel lag am Forum Iulii (Caesaris) nordöstlich vom Forum Romanum. | *insidere* ist Perfekt, vgl. *considerant* 1, 30, *insiderant* 3, 61 (Sirker: Tac. Formlehre S. 58). | 3. *fora.* Auſser dem

cunei militares. inter quorum aspectus et minas ingressi curiam senatores, et oratio principis per quaestorem eius audita est. nemine nominatim compellato patres arguebat, quod publica munia desererent eorumque exemplo equites Romani ad segnitiam uterentur: etenim quid mirum e longinquis provinciis haud veniri, cum plerique adepti consulatum et sacerdotia hortorum potius amoenitati inservirent? quod velut telum corripuere accusatores.

28 Et initium faciente Cossutiano, maiore vi Marcellus summam rem publicam agi clamitabat; contumacia inferiorum lenitatem imperitantis deminui. nimium mites ad eam diem patres, qui Thraseam desciscentem, qui generum eius Helvidium Priscum in isdem furoribus, simul Paconium Agrippinum, paterni in principes odii heredem, et Curtium Montanum detestanda carmina factitantem eludere inpune sinerent. requirere se in senatu consularem, in votis sacerdotem, in iure iurando civem, nisi contra instituta et caerimonias maiorum proditorem palam et hostem Thrasea induisset. denique agere senatorem et principis obtrectatores protegere solitus veniret, censeret, quid corrigi aut mutari vellet: facilius perlaturos singula increpantis

---

Forum Romanum lag das Forum Augusti in der Nähe (östlich) und von den Basiliken die Bas. Porcia, Aemilia, argentaria. | 5. *quaestorem.* Der Kaiser liefs sich zuweilen durch einen der von ihm bei der Wahl empfohlenen Quästoren vertreten. Vgl. Lange, Alterth. I 643. II 377. | 6. 'Den sehr seltenen Gen. *neminis* ersetzt Tac. durch *nullius* hist. 2, 20, während er den kaum minder seltenen Abl. *nemine* ann. 16, 27 und hist. 2, 47 gebraucht' Sirker a. a. O. S. 29. | 7. *ad segnitiam uterentur,* über das energische *ad* s. zu 12, 56, 7. (Die Konjektur *verterentur* ist unnötig.) | 8. *haud veniri.* Gemeint sind solche römische Ritter, die in den Provinzen Geldgeschäfte machten und sich ihren richterlichen Funktionen in Rom entzogen.

28. 4. Helvidius (nicht zu verwechseln mit dem gleichnamigen Legaten 12, 49 und Volkstribunen 13, 28) wird jetzt verbannt und geht nach Apollonia in Illyrien, kehrt unter Galba zurück und klagt den Marcellus erfolglos an. Vespasian liefs ihn wegen seiner feindlichen Haltung töten. Seinen starren, aber ehrenhaften Charakter schildert Tac. hist. 4, 5 ff. | 5. Paconius, unter Claudius Prokonsul von Kreta, war der Sohn des M. Paconius, der als Legat gegen seinen Prokonsul C. Silanus als Zeuge auftrat und aus nichtigen Gründen unter Tiberius hingerichtet ward. | 6. Montanus, auch unter Vespasian als Senator erwähnt, hatte nach Kp. 29 durch seine Satiren den Künstlerneid des Nero erregt. | 7. *eludere* absolut 'sein Spiel treiben, seinen Spott haben' (nicht 'entschlüpfen' wie Nipperdey-Andresen sagen), vgl. 2, 79 *ille eludens respondit.* Zu *Helvidium in isdem furoribus . . . eludere* vgl. Cic. p. Mil. § 32 *speraret se posse eludere in illis suis cogitatis furoribus,* zu *eludere inpune* vgl. Liv. 37, 32, 11 *indignum facinus esse Phocaeensis impune eludere.* | Wegen des Zusammenhanges s. Kp. 22. | 8. *sacerdotem,* weil Thrasea dem Kollegium der Quindecimviri angehörte. | 9. *nisi — induisset* = 'aber Thr. sei aufgetreten als'. | 10. Mit *agere senatorem* wird der Vorwurf ausgesprochen, dafs Thrasea sein Amt nur wie ein Schauspieler zur Befriedigung seines Ehrgeizes benutzt habe.

vocem quam nunc silentium perferrent omnia damnantis. pacem illi per orbem terrae, an victorias sine damno exercituum displicere? ne hominem bonis publicis maestum, et qui fora theatra templa pro solitudine haberet, qui minitaretur exilium suum, ambitionis pravae compotem facerent. non illi consulta haec, non magistratus aut Romanam urbem videri. abrumperet vitam ab ea civitate, cuius caritatem olim, nunc et aspectum exuisset.

Cum per haec atque talia Marcellus, ut erat torvus ac 29
minax, voce voltu oculis ardesceret, non illa nota et celebritate periculorum sueta iam senatus maestitia, sed novus et altior pavor manus et tela militum cernentibus. simul ipsius Thraseae venerabilis species obversabatur; et erant qui Helvidium quoque miserarentur, innoxiae adfinitatis poenas daturum. quid Agrippino obiectum nisi tristem patris fortunam, quando et ille perinde innocens Tiberii saevitia concidisset. enimvero Montanum probae iuventae neque famosi carminis, quia protulerit ingenium, extorrem agi.

Atque interim Ostorius Sabinus, Sorani accusator, ingredi- 30
tur orditurque de amicitia Rubellii Plauti, quodque proconsulatum Asiae Soranus pro claritate sibi potius adcommodatum quam ex utilitate communi egisset, alendo seditiones civitatium. vetera haec: sed recens et quo discrimini patris filiam conectebat, quod pecuniam magis dilargita esset. acciderat

---

13. Zu *quam — perferrent* s. zu 13, 42, 21. | 18. *abrumpere vitam* 'den Lebensfaden abreifsen' nach Verg. Aen. 8, 579 und mit vollständiger Angabe des Bildes bei Plin. ep. 1, 12, 8 *cuius* sc. *voti ille compos, ut iam securus liberque moriturus, multa illa vitae sed minora retinacula abrupit.* In prägnanter Konstruktion hat Tac. noch *ab ea civitate* hinzugefügt, oder es ist nur die Verbannung gemeint. Der Ausdruck mag absichtlich zweideutig sein, da der Ankläger nicht weifs, welche Strafe erfolgen wird.

29. 1. *per haec atque talia* 'bei diesen und ähnlichen Reden'. | 2. *celebritas* im Sinne von *crebritas* (welches Rhenanus hier einsetzte) schon Cic. ad fam. 7, 2, 4 *in multitudine et celebritate iudiciorum* und *celeber* = *creber* bei Plin. n. h. 34, 2 *lapis celeber trans maria et quondam in Campania.* | 9. *famosus* 'anrüchig', daher von einem Pasquill, wie auch 1, 72 *libelli.* Suet. Aug. 55, Tib. 28 und schon Hor. epist. 1, 19, 31 *famoso carmine.* Übrigens ist *famosi carminis* Gen. qualitatis (wie *probae iuventae*). Ähnlich der Abl. qual. 15, 54 *(qui) multo sermone.* | *proferre* 'zeigen'. Vgl. Suet. Nero 25 *quod in ea primum artem protulerat.*

30. 2. *quodque* 'und davon dafs'. Über dies *quod* s. zu 14, 6, 2. | 3. *pro claritate* 'nach Mafsgabe —'. Unter den Statthalterämtern war das von Asia am angesehensten, das machte sich angeblich Soranus zu nutze. | 4. *alendo seditiones.* Dies Verfahren wäre freilich auch in einer kleineren Provinz verbrecherisch gewesen, aber nicht so erfolgreich und für den Staat gefährlich. | 5. *vetera haec,* dieselbe Wendung wie 11, 23 *recentia haec: quid si* ctt. | *et quo — conectebat.* In klassischer Prosa würde der Konjunktiv stehen, der auch bei Tac. die Regel ist, s. Heraeus zu hist. 1, 10, 9. Der Gedanke wird aus den Schlufsworten des Kapitels klar.

sane pietate Serviliae (id enim nomen puellae fuit), quae caritate erga parentem, simul inprudentia aetatis, non tamen aliud consultaverat quam de incolumitate domus, et an placabilis Nero, an cognitio senatus nihil atrox adferret. igitur accita est in senatum, steteruntque diversi ante tribunal consulum grandis aevo parens, contra filia intra vicensimum aetatis annum, nuper marito Annio Pollione in exilium pulso viduata desolataque, ac ne patrem quidem intuens, cuius onerasse pericula videbatur.

31 Tum interrogante accusatore, an cultus dotales, an detractum cervici monile venum dedisset, quo pecuniam faciendis magicis sacris contraheret, primum strata humi longoque fletu et silentio, post altaria et aram complexa 'nullos' inquit 'impios deos, nullas devotiones, nec aliud infelicibus precibus invocavi, quam ut hunc optimum patrem tu, Caesar, vos, patres, servaretis incolumem. sic gemmas et vestes et dignitatis insignia dedi, quomodo si sanguinem et vitam poposcissent. viderint isti, antehac mihi ignoti, quo nomine sint, quas artes exerceant: nulla mihi principis mentio nisi inter numina fuit. nescit tamen miserrimus pater et, si crimen est, sola deliqui.'

32 Loquentis adhuc verba excipit Soranus proclamatque non illam in provinciam secum profectam, non Plauto per aetatem nosci potuisse, non criminibus mariti conexam: nimiae tantum pietatis ream separarent, atque ipse quamcumque sortem subiret. simul in amplexus occurrentis filiae ruebat, nisi interiecti lictores utrisque obstitissent. mox datus testibus locus; et quantum misericordiae saevitia accusationis permoverat, tantum irae P. Egnatius testis concivit. cliens hic Sorani, et tunc

---

7. *puellae* 'der jungen Frau', s. zu 14, 64, 1. | 11. *diversi* 'einander gegenüber'. | 13. Nach 15, 71 war Annius Pollio im vorigen Jahre als Mitverschworener des Piso verbannt worden.

31. 1. *cultus* 'Schmucksachen', auch 13, 13. | 3. *strata humi,* s. zu 12, 47, 21. | *longoque fletu et silentio,* Abl. qual. | 4. *altaria* ist der Aufsatz auf dem 'Opfertisch' (*ara*), der 'Opferherd', vgl. Lucan. 3, 404 *structae diris altaribus arae,* Quint. decl. 12, 26 *aris altaria imponere. altaria et aram* (vgl. Plin. pan. 1 *electus inter aras et altaria*) — 'Opferherd und Opfertisch' = 'Altar' — ist weiter nichts als eine feierlich allitterierende, formelhafte Verbindung der Sakralsprache wie *fas fides, fides foedera, templa ac tecta* u. a. Vgl. Wölfflin: Über die allitterierenden Verbindungen d. lat. Spr. p. 27. | *nullos impios deos, nullas devotiones.* Wir sprechen in der Erregung ebenso ohne Verbum, das man aus *invocavi* 'ich habe erfleht' zeugmatisch leicht ergänzen mag. | 6. Mit den Worten *tu, Caesar* wird sie sich an ein Standbild des abwesenden Kaisers gewandt haben. Vgl. zu 6, 8 *tuum, Caesar, generum.* | 7. *sic — quomodo* auch Germ. 19, häufiger umgekehrt.

32. 5. *ruebat — nisi obstitissent* ('aber leider'), s. zu 4, 71, 2. | 7. *quantum misericordiae — permoverat,* s. zu 3, 24, 1. | 8. P. Egnatius Celer aus Berytus in Phönikien wird im J. 69 von Musonius Rufus wegen dieser Perfidie angeklagt und vom Senat verurteilt.

emptus ad opprimendum amicum, auctoritatem Stoicae sectae praeferebat, habitu et ore ad exprimendam imaginem honesti exercitus, ceterum animo perfidiosus, subdolus, avaritiam ac libidinem occultans; quae postquam pecunia reclusa sunt, dedit exemplum praecavendi, quo modo fraudibus involutos aut flagitiis commaculatos, sic specie bonarum artium falsos et amicitiae fallaces.

Idem tamen dies et honestum exemplum tulit Cassii Ascle- 33
